



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De vanitate et miseria humane vite. liber d[omi]ni
Joha[n]nis tritemij abbatis spanhemen[sis] ordinis diui
patris benedicti**

Trithemius, Johannes

Moguntina, 1495

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00040426-7

J 374

J 374

IX
8

J. X
8

Dispositione Nihil 18. cap. 5.
 4. 2. 5. par. 3.

labor in
 homo aut
 in parte
 in parte a
 in parte a

honoris et gratia mansuetudo

corationem
 subventionem
 in dispensationem in moribus

subijcti
 vigilantiis
 personarum
 in mortificationem in castitate

Hinc est totum in 7. in libro quo dicitur in fine in fine obsequij

tria

Et fructus
 laboris
 in rebus
 in rebus

in rebus
 in rebus
 in rebus

in rebus
 in rebus
 in rebus

labor cum fine. merces sine fine

in rebus
 in rebus
 in rebus

in rebus
 in rebus
 in rebus

labor cum fine. merces sine fine

in rebus
 in rebus
 in rebus

in rebus
 in rebus
 in rebus

labor cum fine. merces sine fine

in rebus
 in rebus
 in rebus

in rebus
 in rebus
 in rebus

labor cum fine. merces sine fine

Liber de vanitate y miseria hu-

mane vite. dñi Johannis critemij abbatis spanhemens.

Incipit.

Um nihil sit vita presens superne felicitati comparata ad quā sedulo suspiramus: non satis admirari sufficit dementiā tuā anima mea: quoniā incolatū tuū quē flere prolongatū debueras: veluti patriā delectabiliter portas. Res quidē admiracōne dignissima:

sed ad insipientiā tibi: quando neglectis eterne vite dapibus: huius mundi stercoza complexaris. O te rudem et miseram: que paterne bonitatis oblita. caduca sectaris et vacua: immemor eternoꝝ. Vanū queris in peregrinatione solaciū: que celeste vocaris ad regnū. Sed erras o aīa mea: non est in hac vita patria: sed via p quā itur ad gaudia. Sanctus em̄ apostolus dicit. Nō habemus hic manentem ciuitatē in terris: sed futuram querimus in celis.

delictis
Ciuitas autē celestis: nullum admittit nisi amantē. Si amas: quare nō festinas? Nescit morā ardor charitatis. In hac vita positi sumus ad negociandū p sancta exercitia impensas ad vitā eternā: vbi qui defecerit in semine: nō gaudebit in messe. Ubi amor: ibi possessio. Ama igit quod non potes amittere: quere qđ sine fine liceat possidere. Ecce mūdus transit et concupiscentia eius: nullūq̄ reuertendi spaciū amplius relinquatur. Hunc itaq; ne cū fluente pereas tibi sumopere curandū est: quoniā si mūdum transeuntē amas: currere ad interitū cum ipso paras. Conuertere iam nūc in requiem tuā anima misera: reuerrere ad duces pubertatis tue filia desolata: conuerge ad creatorem tuū ouis errabunda. Quid est q̄ in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinata es cum mortuis: deputata es cum descendētibus ad infernum. Quare hoc: Quoniam dereliquisti fontem sapientie: recessisti a deo tuo p inobedientie deuia: primā fidem baptismatis irritā fecisti. Nam si in via del

Al ij

*mundi
sterrora*

via

hab. 13

mūdus

inobedientia

*Baptisim Fides
irrita*

Carnis passionibus

*70. m. f. u. n. d. a
30.*

Enchiridion

fructus arboris

lignum aridum

*paritura dei
Beneficia
dei*

2 cor. 5.

ratio reddenda

*ludium dei
malis hominum
omnibus*

ambulasses: si carnis passionibus viciosis restitisses: ha-
 bitasses utiq; in pace sup terrā. Sed discce vbi sit prudens
 na: vbi sit virtus. vbi sit intellectus: ut scias simul vbi sit
 longiurnitas vite et victus: vbi sit lumen oculoꝝ et pat.
 Sed qui cecidit: adijciat ut resurgat. Quid ergo moras
 nis? Cur necessariam vite differas emendam? Dicit em̄
 scriptura. Non tardes conuerti ad dñm: nec differas de
 die in diem: quoniã q̄ ad emendationis vite instituta su
 menda hodie nō est dispositus: cras minus aptus erit.
 Cur ergo dubiū cras expectat: hodierna salus? Fac bo
 na ne pigeat: lucris inuigila salutaribus: mors cito tibi fi
 nis erit. Nūc itaq; anima misera. qd aliud tibi facundiū
 indicitur. nisi ut lachrymis indulgeas: vitā transactā de
 fleas: reliquū vite deinceps corrigas. O misera vite hunc
 mane conditio: que nō dolet quantū se noscit: sed magis
 tanq; securā gaudet vnde se nescit. O semp nociua securi
 tas aīe: que virtutes negligit: vicia nutrit: salutare peni
 tentie tempus turpiter consumit. Quousq; tandē dormis
 tas anima: quousq; dissimulas? Tota in peccatis cōsen
 nuisti: et de securitate sanctoꝝ audes confidere? Qui sūt
 fructus tui arbor infructuosa: que opa bona. qui profec
 tus stirps digna incendio? Sterilis es: fructus tui sūt
 pungentes spine peccatoꝝ: que vtiā ita pungerent ut
 compūgerent: ita amarescerent ut euanescerent. O lignū
 aridū et bonis fructibus vacuū: ad quid etiā terrā occu
 pas. Arbor es infructuosa o aīa mea: quā summus pa
 ter familias dens. in agro suo diu infecundam sustinuit:
 stercorebus pinguedinis celestis irrigauit: et multis do
 nis gratuitis insigniuit. Caue itaq; ne in fine sterilis ap
 pareas: ne penitendi ppositū differas: ne tempus accepta
 tabile pdas. Eniuero iudex omniū q̄ te ad penitentia p
 tinenter modo tolerat: grauius si negligas damnat. Cō
 gita quēadmodū illi possis occurrere: qui rationē totius
 vite tue venit exigere. Quid in illa die respondebis o aīa:
 que tot peccatis modo es polluta? Quid in quā respon
 debis? Latere non poteris: vbi in conspectum vocaris

*ecce vbi
summa*

Pravinitia 1
Idurto 3
cōtempnis
medi

cūcta scientis. Apparere autē formidabile nisi bonis: qui
in hac vita p dei amore mala patienter suscipiūt: qui suo
perne felicitatis gaudia diligūt: qui hūc mundū viriliter
contemnūt. Ibi aperta sunt omnia: ibi cogitacōnes cordiū
patent: ibi latere maloꝝ nulla crimina possunt. Multa
ibi peccata subito q̄si ex insidijs proruent: que modo aut
nulla aut parua estimātur. Felix aīa que hūc diem sedulo
la meditacōne puenit: que nūc in carne manens. ad sano
cta exercicia se cōuertit: et dōmū cōscientie sue mundā p
viribus sollicite custodit. Apparere ante cōspectū interni
iudicis nemo fiducialiter sufficit: q̄ se mundū ab hoc fen
culo nequā non custodit. Omnis enī qui se offendisse dñm
suū et iudicem meminit: venire ad eius iudiciū p̄uenescit.
Quanto enī se reum nouit in crimine: tanto plus recusat
a p̄parere. Frustra tamē fugere a cōspectu iudicis nititur:
cuius p̄sentia omnia implentur. Et reuera tūc malis a p̄
rere corā summo iudice erit intolerabile: latere autē nullū
possibile. Ait enī sanctus ap̄tus. Omnes stabimus ante
tribunal christi: ut mercedē operis sui vnusquisq; recipiat
Ibi iustus in magna fiducia stabit corā dño: p̄bate si
dei sue accipiens remunerationē: qui p̄pe qui in hac vita
peregrinū se mūdo exhibuit: quū carnis vicia in carne po
situs fortiter domuit: et toto mentis desiderio ad celestia
suspirauit. Qui autē nūc in carne positi hanc vitā ut pa
triā diligūt: q̄ mūdi vanos honores ambiūt: q̄ diuicias
perituras auide sitiūt: q̄ se peccatorū sceno immergunt:
fracti a sua fiducia stabūt ibi turpiter. O quis sapiens et
intelliget hec: q̄s prudens et metuet ista: ut intelligens fu
tura pericula timeat: timens p̄ sollicitudinē euadat. Quā
diu autē in hac vita mortali viuimus: in via celestis pa
trie sumus: in qua stare nobis p̄ desidiam nunq̄ cōcedi
tur: sed proficisci de virtute in virtutē. quasi ad patriā an
helando p̄cipitur. In hac via qui nō proficit deficit: qui
non currit retrocedit. Stare autē nullus poterit: q̄s diu
in hoc mūdo viuūt. Ire autē nostrū in virtutibus p̄ficere
est: retrocedere in bono opere torpescere. Tunc vero ad

Bonis inuita.
1. 2
3.
Oia contra
rospiciunt
p̄p̄a
p̄p̄a
Drog iudicij Reducto
meditacōna

2. cor. 5.

Boni

mali
1
3. 2
4

Via celestis
patrie

Ad hanc patriā
A iij

mediana d. 4.
7. Erty.
folio 14. 37

Matth. 10.

Joan. 14.

patriam nostrā celestem rite tendimus: cū mandatis dei et ecclesie catholice, sincera deuocōne obedimus. Quisq̄ ergo ad celestem patriam venire desiderat: nullas in via moras vel solacia distractionis querat. Vinus em̄ patriā suā amare cōvincitur: quisq̄ pulchritudine exili delectatur. Ad celestem itaq̄ patriam venire non poterit: q̄ huius mūdi voluptates nō cōtemnit. Volentibus igitur in via dei proficere, primū omniū cōtemptus voluptatū indicitur: sine quo christi charitas nunq̄ acquiritur. Ip̄e nāq̄ dixit. Qui vult venire post me abneget semetip̄m sibi: et tollat crucē suā et sequatur me. **Christus dñs non ster. via, veritas, et vita.** hec p̄cepit: hec docuit: hec fecit. Ad vitā eternā christus via est: sicut ip̄e dicit. Ego sum via veritas et vita: ego sum ostium: quoniā nemo venit ad patrem nisi p̄ me. Quid aliud queris o anima misera: quid amplius requiris? Christus iesus dei filius et homo tibi noīmā viuendi tradidit: qui contemptū mūdi verbo docuit: et demonstrauit exemplo. Ecce te summus arbiter deus ad mūdi contemptū vocat: et adhuc dissimulas? Cur mundū sponte pro dei amore non deseris: quē mox es relictura p̄ interitū carnis? Nihil sub sole p̄ma nec in potestate hoīs: sed oīa tanq̄ fumus euanescent.

voluptates mundi

Christus

Quōd omnia mūdana vanitati sunt obnoxia.

Erty 1.

Vanitas vanitatum Cap. ij.

dixit concionator ille quondā sapientissimus: vanitas vanitatum: et omnia vanitas. Quid omnia? Que vanitas vanitatum? Omnia que tempore et vicissitudine labant et pereūt. Mundus transit et cōcupiscentia eius: et nos omēs morimur: et quasi aque in terram dilapse, amplius nō reuertimur. Quicq̄ ergo corrumpitur: recte vanitas vanitatum nominatur. Omnia autem que in mūdo generantur corruptioni obnoxia sunt: et ergo vana sunt omnia: et vanitas vanitatum. In hebreo habetur, babal babalym: quod p̄ter septua-

oīa

ginta omnes similiter grece transfulerunt. at mos atmon:
 quod nos possumus vaporem fumi et auram tenuem que
 cito soluitur appellare. Et quid tam tenue ut homo: qui *Homo*
 hodie vivit. et cras non comparet: Si homo non vanus
 ras: vbi sunt omnes progenitores nostri? Ubi sunt viri *1-2*
 quondam famosi in generacionibus suis: qui sibi populos
 multos et regna subiecerunt: Ubi est senex annorum ma *3*
 thusalam: Ubi potentissimus tyrannorum nemroth: Ubi *4. 5.*
 fortissimus sampson: Ubi abessalon pulcherrimus: Ubi *5. 7.*
 sapientissimus salomon: Ubi cresus auro ditissimus: *8.*
 Ubi alexander magnus domitor orbis: Ubi plato ar *9. 10.*
 chiphilosophus: Ubi homerus poetarum maximus: vbi *11. 12.*
 reliqua cohors philosophorum: Omnes ante multos an
 nos mortui sunt: et in sua vanitate perierunt. Quid pro
 dest illis nunc omni ante habita potestas: quid honores. *probat*
 quid diuicie. quid volans fama per orbem: Ecce iam in *potest*
 pulvere dormiunt: et tanquam non fuerint de memoria homin *fama*
 um perierunt. Vanus sunt itaque omnia que in mundo cer
 nuntur: vanus homo: vane diuicie: vana honores. Que *diuicia*
 enim videntur temporalia sunt: que autem non videntur *tom. 8.*
 eterna. Dicit namque sanctus apostolus. Vanitati creatura
 ra subiecta est. et ingemiscit et parturit: et prestolatur re
 uelationem filiorum dei. Tandem omnia vana sunt: donec
 ventat quod perfectum est. Omnia itaque vanitati obnoxia
 sunt: que celi ambitu continentur super terram. Nihil tem
 porale permanet: nihil terrenum perseverat: nihil mortua
 le diuturnum. Quid si magnus sis princeps et multis ans *formis*
 nis vltus in terra: Mortis enim iudicium etiam si ad *Relic*
 tempus differas euadere non poteris. Veniet prope vna *28.*
 dies ex insidijs irruens subito: que omnem spem tuam au
 ferat simul et vitam. Hodie princeps. hodie dominus. ho
 die potens in terra: et cras mortuus: sub terra cadaver *Imperator*
 putridum abscondetur. Ecce imperator heri potens. ho
 die ad sepulchrum defertur mortuus: et qui auro induc
 tur et purpura: nudus pene ad fontem vermium esca profecto

2. tur. Hæri populis imperabat et gentibus: hodie vitam
 amisit et imperiū: nunquā ad illud amplius reuersurus.
 3. Hæri cum transiret genua curuabantur omnium: hodie
 4. mortuus portatur ad foueam: et capitis operimentū ne
 5. mo dignatur attingere. Hæri ad imperiū eius torquebā
 6. tur homines: hodie mortuus torquetur apud inferos:
 et non est qui liberet eū. Hæri cū loqueretur omniū aures
 cum silencio intendebant: hodie magna voce clamat in
 tormentis: et nemo compatitur. Hæri tanq̄ non mortu
 rus cōuiujs effluebat regalibus: hodie pre ardore igniū
 7. sita estuat: nec est qui potū sitiēti tradat. Hæri sedens p
 8. tribunali auro renitens et gemmulis. in admirationē sui
 trahēbat populos: hodie vilissimo circumamictus lin
 theo: horrendis scetet vermibus. Hæri dulcibus delecta
 9. batur melodijs cantantiū: hodie constitutus apud infe
 ros: ludibriū factus est demonū. Hæri crassum nitidūq̄
 corpus balneis fouebatur temperatissimis: hodie apud
 inferos pice torquetur et sulphure: sicut scriptū est. Date
 ei in tormentis: quantū in delicijs fuit. Et iterum. Pon
 tentes inquit potenter tormenta patientur. Quid tūc pro
 derūt misere anime temporis transacti honores: quid di
 uide. quid potestates? Ibi impij cessauerūt a tumultu:
 ibi honoz terrene potestatis cōtemnitur: ibi diuiciarum
 magnitudo despicitur. Quid ergo superbis inflata pote
 stas: quid tumes auri cupido insatiabilis? Quicqd ho
 noris vel diuiciarū in mūdo possides: cito et forsitan ho
 die amittes. Cūq̄ ad inferos per acheronta transferis:
 nihil omnino tecū ex hoc mundo portabis: nisi hoc solū
 quod boni mali ūe in corpore gesseris. Transit mūdo
 et concupiscentia eius: breuis transit omnis terrena po
 testas: nec diuturnū aliquid sub sole permanet. Quid si
 magnus sit homo super terrā: quid si potens. si doctus.
 si fortis. si pulcher. si diues? Omnīū vita breuissima est:
 nec est distinctio psonarum vel dignitatū: quicqd morta
 le est moritur. Dicit namq̄ vir sapiens. Nemo est qui sem
 per uiuat: et habeat huius rei experientiam. Constitutū

Honor
 diuicias
 potestas
 sapia
 cupiditas

Bonū
 malū non
 erudit
 Galio 12

Distinctio
 aucto
 bona in

aburtili

h. 9.

est omnibus hoibus semel mori: nec euadere mortē possi-
 mus: licet eam p multos annos differamus. **O**mnia que
 de terra sunt in terrā reuertuntur: spiritus carne solutus
 ad iudicis tribunal rapitur: vbi pro morū qualitate pre-
 miatur. Quousq; nūc igitur dormitas o hō: **Q**uādiu pa-
 tientiā longanimitatis dei dissimulas: **Q**uare vitam tuā
 in melius non emendas: **E**cce moriuntur quotidie ante
 oculos tuos hoies: decedūt repente pueri et senes: cadūt
 in foueā docti et insipientes: et tu veluti securus nihil de
 tua morte cogitas: **E**cce mūdus ruit. periūt hoies. ciuita-
 tates subuertuntur et vrbes: nihil diu pmanet in humani-
 nis: et adhuc dura mens tua nō concutitur: **L**ito veniet
 interitus tuus: prope est mors: finis appropinquat.
Quid moraris: **Q**uid expectas: **Q**uid tardas: **Q**uare
 non agis penitentiā miser: dum sanus et fortis es: **E**cce
 mūdus transit. et sequeris: decipit et cū diligis: mentitur
 et confidis. **Q**uid putas fiet tibi: **C**ū pereunte peris: cū
 labente laberis: cū decipiente decaperis. **N**e amatoribus
 mūdi. **S**ulti sunt. miseri sunt: infelices sunt. **E**nī uero diū
 tenere mundū cupiūt: celū et terrā pariter amittūt. **D**iuin-
 cias et honores seculi anxie querūt: et puenire ad celestia
 regna confidūt: **S**ed contrariū est qđ loquitur in euang-
 gelio dñs: **N**emo potest inquit duobz dñis seruire. **Q**ui
 sunt duo dñi: **D**eus et mundus. **N**am deum qui diligit:
 mundū contemnit. **E**t qui amat mundū: negligit deum.
Non potestis inquit deo seruire et māmone: id est diuici-
 cis. **V**ita p̄sens non manet sed transit: nō durat sed euas-
 nescit: non stat sed perit. **V**ita itaq; est ad patriā: p quā nō
 reuersuri amplius momentis singulis trāsimus. **I**nsipies
 ergo viator est qui viarū spectaculis intētus. tam excellen-
 tis patrie obliuiscitur: qui negleclis eternis. temporalia
 et vana sectatur: qui mundū iam iamq; labentē amplecti-
 tur. **N**ihil em̄ rebus mūdi fugacius: nihil humana vita
 fragilius: nihil terrena potestate breuius. **B**eatus itaq;
 homo qui mundū nouit contemnere: qui voluptates car-
 nis didicit superare: qđ diuicias huius perituri seculi pos-

tribunal
cristi

patentia
dñi

omni
p̄sent

ciuitate

peni-
tentia

Amor
mūdi
miseri

Stulti

diuici-
as

honor

folio 10

Matt. 6. 24
duo dñi mundus

vita p̄sens

vita ad patriam

folio 14

1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

test non amare. Omnia em̄ que terrena sunt hominē solū
 in morte derelinquūt: ita ut qui diues multa possederat:
 nihil penitus secum ferat. Hinc sapiens clamat dicens.
 Quid homini supest in om̄i labore suo: quo laborat sub
 sole. Eecēq; multi hodie in mūdi istius labore desudant:
 cōgregādis diuicijs die noctuq; inuigilant: erudiūt li-
 beros. in altū construūt edificia: et in medio opere subita
 morte pereūt: et nihil penitus secū ferūt: sed nudi reuer-
 tūtur in terrā vnde sumpti sunt. Generatio vadit et gene-
ratio venit: terra autē in seculum stat. Alijs morientibus
 nascūtur alij: et dū generationi succedit generatio: nihil
 manet stabile in mūdo. Quid hac vanius vanitate: terra
 manet que hoīm causa facta est: et ipse homo terre dñs in
 puluerem repente dissoluitur. Nō est memoria primis q̄
 nos p̄cesserūt: et sicut p̄terita apud nos abscondit obli-
 uio: sic ea que vel nūc sūt vel futura sunt posteritas igno-
 rabit: et cūcta silencio p̄teribūt: et quasi non fuerint ab-
 scendentur. Vana sunt igitur om̄ia: et non solū vana: sed
et vanitas vanitatū. Vanus est mūdos: quoniā eos quos
 amatores tolerat: morientes minime saluat. Vanū sunt
 omnes honores seculi: quia quos magnos corā hoīb^{us}
 faciunt: repente solos et ignobiles in morte derelinquūt.
 Vanē diuicie: quia possessores suos a morte nō liberāt:
 sed de abusu grauius damnant. Vanā est om̄is potestas
 terrena: quoniā eos quos in sublimitate posuit: in pūcto
 deserens ad inferos transmittit. Vanā est sanguinis alti
 nobilitas: quoniā quos gloriosos corā hoīb^{us} facit: mo-
 rientes escam vermibus concedit. Vanā est parentele am-
 pla familia: quoniā q̄ nobilitate generis viuis ab alijs
 secernitur: mortuus bestijs comparatur. Vanā est cogna-
 tio carnis: quia interrūpere non potest sententiā mortis.
 Vanū est dulce maritale cōiugium: quoniā quos viuis
 rā multis impensis laboriosa educatio: quoniā parentē
 quē viuū sequitur: mortuū detestatur. Vanū est quicquid
 in mūdo p̄ciosum cernitur: quoniā cito valde amittitur.

centes

terra ma-
nens sicut
materia

mudus 1

solus 2

diuicie 3

potestas 4

sanguis 5

nobilitas 6

parentele 7

conjugium 8

9

10

106. 1.

Cum ergo vana sint omnia: pfecto vanus euanesce-
siderat: quisquis vanitatē amat. Dinc nos beatus iobā
nes admonet dicens. Filioli: nolite diligere mundū neq;
ea que in mūdo sunt: quoniā si quis mundū amat. non
est charitas patris in eo. Omne em̄ qđ est in mūdo. conu-
cupiscentia carnis est et concupiscentia oculoꝝ et supbia
vite. Fugiendus ergo est mūdus: quoniā male suos ama-
tores remunerat: quos in eternū damnat. *Hinc 2^o ad Cor. 7. 23.*

Quā hec vita sit quedā peregrī-

natio a patria nostra celesti in qua
negociandū omnibus est.

Cap. iij.

Sanctus apostolus dicit. Quā diu sumus in
corpore: peregrinamur a dño. Et beatus iob
ait. Dilicia est vita hoīs sup terrā. Si ergo
peregrini sum⁹: qre ad patriā nō festinam⁹?

Si milites: qre nō militamus? Ecce in hac vita positi
peregrinos nos esse cognoscim⁹: et tamē sumi nrm exiliū
nō oramus: sed patrie celestis obliti. peregrinationis car-
cerē diligin⁹. Qui male militat: finē belli formidat. Sic
omīs hō q̄ diuicijs et honoribus mūdi effluit: mori prin-
mescit. Nā si miliciā suā se bene cōsummāsse cognosceret:
ad premium festinaret. Quā vero multa se cōmisisse mala
meminit: idcirco exire de corpore ⁊ apparere sūmo iudici
valde ptimecit. Et qre te miser in occurū saluatoris tui
nō pparas? Quare nō agis penitentiā dū sanus es? Se-
cure mori: q̄ bene viuere. Cognosce te peregrinū esse sup
terrā: et talē cōuersationē tuā instituas: qualē te inueniri
morientē optas. Ad qđ sanctū differo ppositū de die in
diē: Tur hodie nō incipis: qđ in crastinū pponis? Mul-
tos decepit spes vite longioris: qz dum viuere diutius in
mūdo cupiūt: tēpus penitēdi turpiter amittūt. Sepe nāq;
hō iusto dei iudicio dū voluntatē cōuersionis pcrastinat:
morte interceptus: et velle et posse pariter amittit. Deo
enim omnipotens qui veniam penitenti tribuit: nulli
differentiā dicit crastinū spopondit. Dinc nos admo-

*Morboꝝ quis
timeat
12. 27. 29*

Penitentia

capit. 94.

net scriptura dicens. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Semp hodie clamat: hodie nos deus semp admonet: et crastinum expectamus! Veniet dies nostre vltima mortis: quando penitentie tempus prolongari orabimus: nec consequemur. Jam sani et fortes penitere negligimus: adueniente mortis hora magna vite nostre emendatione pmittimus: nec reddere iam deinceps aliquid valemus. Cur iam non facimus: quod tunc nos fecisse volumus? In fine premia laboris expectanda sunt: non denuo subeunda certamina. Eni vero sicut diximus vita presens nihil aliud quam peregrinatio. et quidam transitus ad patriam est: in qua stare diu non possumus: sed progredi semp necessario debemus. Quelibet hora temporis partem vite nostre minuit: et momentis singulis de peregrinatione aliquid abscidit. Qui autem expeditus ire ad patriam supernam desiderat: omnem a se mundi sollicitudinem deponat. Via enim celestis patrie angusta est: non recipit oneratum diuicijs: tumens honoribus despicit: lubricum vicijs non admittit. Facilius est (inquit dominus) camelum transire per foramen acus quam diuitem intrare in regnum celorum. Idcirco diuicie si affluant nolite cor apponere: nolite illas auare possidere: nolite anxie custodire. Melius est modicum iusto: super diuicias peccatorum multas. Hinc sanctus apostolus nos admonet dicens. Habentes victum et tegumentum his contenti simus. Qui enim volunt diuites fieri in hoc mundo: frequenter in tentationes cadunt diaboli. Quid vobis aurum et argentum o diuites mundi! Quousque aurum sitis et queritis! Quid facit in cistulis pecunia! Cui thesaurisatis? Vobis an filiis? Non vobis: qui nihil diu in hoc mundo possidens. Ergo filiis vestris pecuniam queritis: quos auaricie vestre sectatores constituistis. Quid autem qui liberos non habetis? Cui thesaurisatis? Non vobis sed alijs: non vestris sed extraneis. In peregrinatione huius vite positi amore aliorum pondere diuiciarum onerati inceditis: et dum locupletare filios queritis: a via veritatis stolidi erratis. Adueniente autem mortis hora. sollicitudo mundi

Sollicitudo mundi.

matth 11

1. Timoth. 6.

Via angusta

vsq; adeo vos occupat: ut cogitare aliquid de celestibus
non pmittat. Breuissimū tempus egritudinis v're in tem-
poralibus disponendis totū cōsumitis: et de salute aie pa-
rum cogitatis. Rerū temporalū testamentū conditis: et
aie vulnera nō curatis. Fuissetis pompā exquisitē dispons-
tis: et quo itura sit aia mox egressura nō puidetis. Testa-
mentū solēniter componitis: et vtrū ad exequutionē puen-
iat ignoratis. Sepe em̄ avarus testator: testamētarios
accipit infideles. Nec inmerito. Nam q̄ sibi ipsi infidelis
extitit: aliū fidelem quē expectabit. Ecce diues et auarus
q̄ viuus in elemosynā aut nihil aut parum cōtribuit: et
moriens testamentū condit: pauperibus, monasterijs, et
ecclesijs donaria multa largiri precipit: et plus alijs q̄
sibi credit. Testatore autē iam mortuo: qd̄ plerūq; sequa-
tur nō ignoramus. Jā testamentale scriptū familia cogna-
tionis intercipit: iam se terrena potestas cū violentia opa-
ponit: nūc manus exequutoꝝ meliora queq; diripiūt: et
facere qd̄ testator precipit contemnūt. Si aureū vel ar-
gentum nummū testamentarij infideles antiquū rarūq;
apud illū inuenerint: si pulchrū codicem vel aliud quod
cūq; delectabile conspexerint: aut latenter auferūt: aut si
furari nequeunt, fraudulentē et sub dolo a socijs emunt.
Hoc testamentarij boni non faciūt: sed infideles. Con-
tingit autē auaris fieri fraudem sepe post obitū: ut q̄ vi-
uentes facere elemosynam noluerāt: etiā post mortē iusto
dei iudicio a suis negligantur. Putat se diues et auarus
diu viuere in seculo: et dū nimii sumptus in via metuit:
et vitā et sumptus pariter amittit. Ciuem mūdi se existis-
mat: et ad celestem patriā minime festinat. Sed in pūcto
raptus: et cruciandus ppetue ad inferos destinat. Quid
illi tūc pderūt vane mūdi diuicie: q̄s nunc habet celestis
impedimēta vie? Aurū et argentū eoz. (inquit ppheta) nō
poterit liberare eos: in die furoris dñi. Dimūde mūde
quēadmodū remuneras amatores tuos: quos eternis
ignib; trāsmittis cruciādos. Exaltas plerūq; eos q̄ te di-
ligūt: et dū in bonis temporalibus cōfidūt: repente ad

B 1

ab uno Testa-
mentū.

furis et amatores

et mūdi nialitia

mūdi nialitia

Enti: 10

amb

Bona rostrata
foliis
no h
mit

inferos sine penitentia descendunt. Omnis potentatus brevis vita: et non est stabilis in mundo diuiciarum possessio. Brevis est enim vita mortalis: breuior terrena potestas: in utraque prosperitas breuissima. Cognosce igitur conditionem tuam o homo: cognosce vitam: cognosce interitum. **Con**ditio tua mortalis est: vita brevis: certus interitus. **Sic** vine: ut mori non timeas. **Bona** conscientia mortem non metuit: per quam venire ad celestem patriam se credit. **Si** diues et potens es. cogita pauperem et imbecillum te mori esse futurum: quoniam qui princeps magnus est hodie: cras putridum cadaver esse potest. **Non** te decipiat mundi vana prosperitas: non seducat auri cupiditas: non eleuet brevis in honore potestas. **Fac** bona dum visus ne pigeat: honora dominum de tua substantia: quia post mortem non erit amplius in tua potestate. **Plus** alijs quam tibi noli confidere: et quod post mortem fieri desideras: viuus impendas. **Stultum** est alijs in morte distribuendum committere: quod tu iam viuus potes ordinare. **Non** est tutum differri bonum: quod negligi potest. **Cognosce** te peregrinum in mundo: et plus quam pro vaticino necessarium est noli appetere. **Operare** bonum ad omnes dum potes: labora ut bonus miles iesu christi: quia militia tua finietur breui. **Quicquid** in via huius peregrinationis operatus fueris: in fine recipies. **Quodcumque** igitur potest manus tua instanter operare: quia post mortem non est operatio: sed bonorum malorumque operum remuneratio. **Fuge** desideria carnis que militat aduersus animam: fuge accidiam: fuge vanitatem. **Hodie** iam et breuissimo tempore laborabis: et pro mercede vitam recipies sempiternam. **Ecce** mors properat: diu vivere non poteris: cito morieris. **Omnia** vero que magno labore per multos annos congregasti: vna hora perditurus es. **Nihil** tecum feres ex omnibus: non aurum. non argentum: non honores. non potestates. **Omnia** enim que terrena sunt. te in puncto derelinquent: sola conscientia cum suis ornamentis te sequetur. **Nihil** morienti perderunt diuitie: nihil ambitio mundi: nihil auctoritas vanitatis: sed sola bona opera animam non deserunt desolatam.

voluntatis operis

amida

opera bona
omni tempore
folio. 6.

Qualis vite sit assumenda

Instituto.

Resentis vite breuitas nos **Cap. iiii.**

admonet: ne tempus penitentie concessum inutiliter expendamus. Eniuero meat irreuocabile tempus: et dies que sine fructu boni operis

Uta breuis

Tempus p[er] =
n[on] habet m[er]it[um].

Partura sumptus
25 uerba

expenditur: rationi obnoxia censetur. Jam enim tempus acceptabile est: in quo bonum sine intermissione operari precipimur: pro quo premia eterna consequamur. Fociva est et proorsus damnabilis iactura temporis: quando in modico laborantes. requiem permereri possumus eterna. Dis itaque homo salutis sue studiosus, sumope caueat: ne tempus sibi concessum inutiliter perdat. Nunc enim tempus laborandi est: post mortem nemo laborare iam poterit: quando omnis actio meritoria cessabit. Unusquisque ergo vite institutionem suam statui conuenientem nunc eligat: in qua tempus acceptabile non amittat. Quicumque autem propositum sancte conuersationis assumere decreuerit: concilium sapientis diligenter consideret dicentis. Fili accedens ad seruitutem dei sta in timore: et prepara animam tuam ad tentationem. Nemo enim perseuerare in bono proposito sufficit: qui patientiam sollicite non custodit. Unde et alibi dicit. Nisi te constanter tenueris in timore dei: cito subuertetur domus id est conscientia tua. Scriptum est enim de homine: quoniam nunquam in eodem statu permanet. Jam emendatoris vite propositum spiritu feruente arripit: et post modicum iterum tepescens. in negligentias pristinas denno cadit. Jam usque ad lachrymas feruet deuotio: et post horam torpor frigidus mentem totaliter occupat. Quando seruo spiritus adest magna proponimus: quando succedit tentatio: boni propositi statim obliuiscimur. Sed nunquam fuit firmum emendationis propositum: quod tam facile potuit amitti. Stultus enim ut luna mutatur: sed uir sapiens in sancto proposito stabilis permanet. Sunt multi qui tempore pacis et tranquillitatis deuotionem magnam exhibent: sed mox ut tentatio aliquam cepit: omnes eorum deuotio funditus perit.

Perseuerandum
in bono proposito

Timor.

Acti. 2.

Parti me =
Mias de h =
Suis custodia

Job. 13.

Spiritus feruens

Tentatio

propositum infirmum.

Acti 27

1.

B ij

2. cor. 6.

arru

negligentia

lure d.

221. 48. 4

Pr. 28. vii

Prov. 28.

Timoris fructus
timor

sollicitudo
multiplicata
partia bal-
morua.

quod in terra
quod in terra
na in terra

renouatio
na in terra

In terra
parante

in terra
in terra
in terra

Confitentur dño cū benefecerit eis: cū autē sup eos ad-
uerſitas aliqua irruerit: nō solū deuotionē priſtinā abij-
cūt: ſed qđ grauius eſt ad murmurandū contra deū inar-
deſcūt. Et ſunt nōnulli q̄ ſub tribulacōne aliqua conſtitu-
ti. p̄ ſedulas oracōnes ad deū confugūt: ſed mox ut tribu-
lacōnis aura trāſierit: om̄is à memoria eorū deuotio rece-
dit. Et ſunt nōnulli q̄ nec proſperis elati nec depreſſi ad-
uerſis. ſtabiles in timore dei p̄manent: q̄ in ſecūdis timo-
rem: in cōtrarijs ſeruāt paciētiā. Hi ſoli recte corā deo
ambulāt: q̄ in om̄ibus gratias agentes: domus conſci-
entiae ſuae in timore ſemp̄ edificāt. De qualibus vir ſapiens
dicit. Beatus homo qui ſemp̄ eſt pauidus: q̄ autē men-
tis eſt dure: corruet in malum. Quicūq; igitur in ſancta
cōuerſatione p̄ficere deſiderat: quicūq; venire ad eterna
gaudia feſtinat: a timore dñi et custodia ſui nō recedat.
Eni uero ſi timorē et ſollicitudinē ſpūalis uite ad momen-
tum abiecerit: ſi corpoream menti ſuae admiſerit: in ſancto
propoſito non diu p̄manebit. Nulla em̄ negligentia a deo
parua eſt: que nō creſcat ſi cōtemnatur. Oportet itaq; ſa-
lutis p̄prie amatozē lozicā paciētie induere: et om̄es ne-
gligēcias (quantū poſſibile eſt homini) cauere: ne dum
ſe p̄feciffe confidenter exiſtimat: paulatim p̄ incuriam tes-
peſcat. Cū autē p̄ſeuerare in eodem ſtatu homo diu non
ualeat: etiam quotidie ſi lapſus fuerit reſurgat. Ad bonū
ſanctiq; poſiti habitum non poteſt homo p̄tingere: niſi
affectū ſtudeat quotidie renouare. Non multis datū eſt
in ſolem irruerentis oculis poſſe intuitum figere: ſed
his tantū hoc munus a deo cōceditur: quoz cōuerſatio
p̄ aquilā deſignatur. Hi ſunt viri ſancti atq; p̄fecti: q̄ deū
ſup om̄ia diligentes. nihil terrenū ambiūt: nihil carnale
concupiſcūt. Hi tales mentis ſuae oculos a radijs veri ſo-
lis nunq; retrabūt: niſi cū neceſſitati corporis condeſcen-
dūt. Obrutus in ſolem vere ſplendiſerū dirigūt: quoniā
mentis ſuae oculos ſine intermiſſione ad celeftia ſuſtollūt.

Hos vero infirmi homunciones paruis auiculis cōpa-
randi. qui oculos nostros in solem more aquile nō poſſus

randi. qui oculos nostros in solem more aquile nō poſſus

randi. qui oculos nostros in solem more aquile nō poſſus

100

100

100

100

100

100

100

100

100

15.

mus defigere: curemus saltem illos frequenter eleuare: ut quotiens visum mentis p aliquā necessitatē corporeis a celestiu speculatione reflectimus: totiens ad eoz contem plationē resurgamus. Nemo em̄ repente fit summus: sed certis gradibus ad sublimia pfectionis ascenditur. **Pr**ima vero spūalis vite difficultas incipientibus obijatur: que a proficientibus paulatim superatur: a pfectis om̄ino repellitur. Nemo autē proficere vnq̄ potuit: qui non prius ordine debito incepit. Et multi quidē emendationem prauē cōuersationis incipiūt: q̄ tamen ad pfectū nō attingūt: qm̄ peccata que hodie vident deplangere: cras deuonō verentur ppetrare. Sed debile penitendi ppositū: qd̄ totiens p nouū infringitur peccatū. Vult surgere piger et non vult: et sepe dum velle suū differre nō metuit: et tempus et posse pariter amittit. Sicut se in lectulo prauē cōsuetudinis: quā infringere dum negligit: sibi metip̄i quandā peccādi necessitatē facit. Om̄is em̄ qui facit peccatum: seruus peccati efficitur. Eniūero qui p gratiā del stare si voluisset ante casum poterat: surgere post ruinam iam facile non p̄mittitur. Consuetudo nāq̄ peccati lapsū deprimit: quē surgere sine speciali dei gratia non p̄mittit. Quot hodie inueniuntur peccatores auari, adulteri, fornicatores, inimīdī, et his similes: qui praua et diuturna consuetudine captiui iugū diaboli proponūt euadere: et tamen de seruitute tyrannica se nequeūt liberare. Dū em̄ consuetudini male non resistitur: quedā necessitas generatur. **Op**ortet autē emendationis vite ppositū cū magna fortitudine assumere: qm̄ si patientia cōtinua defuerit: voluntas hoīs cito vacillabit. Unusquisq̄ ergo in suo statu p̄ficere cupiens, mentē induat veluti petra durissimā: nō ut consilijs sanioribz recalcitret: sed malis suggestionibz fortissimo animo resistat. Securitas em̄ periculo proxima est.

Quā multa et varia nos a san

cto proposito retrabant et a penitentie fructu impediāt.

Cap. v.

B iij

*ordo in gra-
Eubus tribus
paritatem*

*Proximitate
Frigida*

*Consuetudo
Prava*

*Seruitus
Diaboli*

*Consuetudo
Prava*

*Consuetudo
Prava*

*Voluntas
quies
et in se
ipso*

*Quod
fuit summo*

Diabolus

15

Enīq̄ quantos laqueos. quātas foueas. quā
taq̄ impedimenta penitentibus diabolus son
leat obijcere: nemo est q̄ ad plenū sufficiat con
gitare. Vile artibus agit et dolis: ut eū quē
psperit penitentie remedia querere: a pposito valeat ren
nocare. Et quidē pro varietate status. sexus. etatis. et cō
dicōnis hominū. diuersis nocendi modis vitur: et qd̄ p
se non potest efficere: p homines malos varijs adinuen
tionibus nititur adimplere. Sepe autē penitentē vsq̄ ad
mortē psequitur: et quē peccatorem in malis viuere tran
quillū patitur: cōuersum infinitis tribulacōnibus obrues
re conatur. Jam cōtra virū sancti ppositi vxorem impro
bam concitat: tam amicos et cognatos ad iracundiā in
flāmat: ut eū quē penitentē imitari debuerāt: velut delin
quentem et insanū psequi et blasphemare non ptimeant. Si
vero nec isto modo pficere se posse psperit: ad grauio
ra se cōuertit. Caros quōdam viros. dilectosq̄ socios et
amicos cōuertit in odium: ut q̄ peccanti olim delectabiliter
adheserāt: procul a penitente recedant. Vanus deinde
crudelitatis sue hostis penitentie in substantiā mittit tem
poralem: domozū viri penitentis procurat incendiā: ho
nores aufert. diuicias varijs modis diripit: animos con
tra eum iudiciū incendit: lites instruit. occasiones querit
Jam potestas terrena innocentē opprimit: res tempora
les quasi malefactoris in fiscū trahit: quietū viuere non
cōcedit. Inter hec animus viri elongantis se a mūdo ves
bementer plerūq̄ concutit: se desolatū a deo suspicatur:
et nisi fortitudinē patientiāq̄ contra omnia que aduersari
possunt induerit: mor a sancto pposito emendatiois vite
cadit. Qui fortiter in his om̄ibus penitentie pugil ama
torq̄ pugnauerit: certamen grauius ut plurimū accedit.
Enīvero cū diabolus in ablacōne temporalium rerum se
victū cōsiderat: vim suā in carnem penitentis laxat. Van
rias deo pmittente calamitates homini applicat: ut eum
a bono pposito p impatiētiā auertat. Jam vxor infidelis
latenter intronitit adulterū: iam probra et maledicta in

Exempli gratia
adungant. 1.

2.

3.

4.

5.

17
virū profert: nūc rem perire domesticā p̄ illius incuriam
clamitat: nūc delirum et fatuū appellat. Quid inquit
totā diem ocio inerti consumis? Quid tā diu facis in ec-
clesia? Quid tibi et monachis? Quousq; tuā sustinebo
ypocrisim? Quid in camera murmurās? Si monachū
viuere volueras: cur monasteriū nō intrasti? Deu mibi
tantū malū cur accidit? Virū procuratorē rerū mearū te
habere sperauerā: et tu nō solū domesticā curā negligis:
sed et miserā me cōtemnis. Hinc cōtra penitentē insurgūt
discordie: hinc odia semine oriūtur: hic calamitatis in-
terne summa cōtextur. Nemo credit nisi expertus: quan-
ta inter disparis p̄positi coniugatos reperitur miseria.
Semp̄ em̄ qui secundū spiritū viuere desiderat: intimos
suos aduersarios portat. Quasi om̄is quoq; tribulatio ex-
trinseca defuerit: nec sic diabolus quiescit: sed ad bella in-
teriora se cōuertit. Multa et varia penitēti suggerit: diffi-
cultatem p̄seuerantie p̄ponit: fragilitatē humane cōditio-
nis subtiliter ostendit. Consequēter interna cogitatio di-
cit. Quousq; hūc penitentie rigore portabo? Si sic iuue-
nis dicet. Cur antetempus insane te crucias? Num reg-
num dei p̄ afflictionē carnis plus q̄ ceteri obtinebis?
Iuuenis es: nō diu sufferre poteris istū penitentie labo-
rem. Quin potius letare iuuenis in adolescentia tua: et
cū ad senectutē p̄uenieris: tūc penitētie remedia subibis.
Senibus vero dicit. Quare teipm̄ perimis: senex inuete-
rate dierū? Cur etati nō parcis senectutis: et quare infir-
mū corpusculū indiscrete macerando interficis? Non exi-
git deus rapinā in olocaustū. Sed age discretius: ratio-
nabile sit obsequiū tuū: ne tibi reputetur in peccatum.
Deus misericors est: bonā voluntatē tuā pro penitentie
opere acceptabit. Multa deniq; in hūc modū penitenti
homini diabolus suggerit: multa caro similia opponit:
mūdus quoq; multa que sanctū p̄positū infringere debeāt
ostendit. Sed fortis et sapiens om̄ia ista despicit: om̄es
suggestiones diaboli cōtemnit: omnes colligacōnes mū-
di p̄seuerantia dirumpit. Nunq; penitentibus in carne

d. p. 17
o. & c.

Bella mior
na ipm̄

iuuenis

Senibus

Sapientia

caro
mūdus

et vix omni p[er]...

Tanta hom...

fratru[m]...

*Quin[que] in i[n]i[m]i-
nis ad fortate
ad p[er]f[ect]i[n]ia.*

*miseriordia
longanimitate*

viria...

*long in firmu[m]
morku[m]*

Defunt certamina: nūq[ue] fugientib[us] mūdu[m] defunt impedi
 mēta: qm̄ qui ab vno non tangitur: ab alio grauius pul
 satur. Unusquisq[ue] crucē suam in semetip[s]o sentit et bau
 lac: vnusquisq[ue] pondus tentationū suar[um] portat: quoniā
 q̄dū in hoc mūdo viuitur: liber esse a tentationibus ne
 mo p[er]mittitur. Et in his om̄ib[us] patientia necessaria est:
 sine qua possidere animā suā nemo potest. **Nec intendas**
 suggestionibus inimici o homo: non acquiescas fraudu
 lentis sermonibus carnis: si venire desideras ad gaudia
 ludis. **Dum iuuenis es et fortis**, penitentie remedia non
 negligas: quoniā si fieri senex valeas penitus ignoras.
 2. **Mors senibus in aperto imminet**: iuuenib[us] in insidijs
 latet. Senex nanq[ue] viuere in mundo diu non potest: et
 iuuenis cito mori potest. Qd̄ si senex es: nequaquā pen
 nitentiam abhorreas. **Curre** quantūcumq[ue] poteris: quo
 niam diu esse in hac vita nō valebis. Quāto plures eta
 tis annos in mūdo te vixisse intelligis: tanto maioribus
 inuolutū culpis criminū recognoscas. **Cur igitur peniten**
 tiā agere dissimulas: qui te iam prope moriturū nō igno
 ras? **Diu ad penitentiā misericordia dei te pertulit**: diu
 emendationē tuā summus arbiter expectauit: tempus ad
 satisfaciendū pro peccatis copiosum indulxit. **Tu autem**
 secundū duriciam tuā et cor impenitens, longanimitatē
 patientie dei despicias: reseruatum te ut peniteas non re
 cognoscis: delicta iuuentutis tue non dimittis. **Tempo**
 re iuuentutis sine fructu spiritualis operis vixisti: semel
 inuisceratū vicium continuasti: et penitentiam quā agere
 iuuenis debueras: nec senior factus incipere laboras.
Vicia adolescentie tue non deseris: auariciam, detractio
 nem, temerariū de proximo iudicium non p[ro]timefcis: et
 dū agere mala nō metuis sine penitētia ad inferos descē
 dis. **Ecce mors amputatrix penitentie iam p[ro]perat**: ecce
 vice tue finis a p[ro]pinquat: et adhuc agere penitentiam
 dissimulas: donec et vitam et tempus pariter amittas.
Quare o senex penitentiā de die in diem differre nō me
 tuis: qui de crastino non p[re]sumis. **Super mortis foueam**

Handwritten marginal notes on the right edge of the page.

quotidie ambulas: et contritione assumere pro peccatis
tardas: Jam sero ingenucis: sed dolenda non deseris.
Dicis enim senio grauatus et vicis. Heu me miserum: cur
dies iuuentutis mee tam inutiliter expendi: Ad quod enim
dationis vite semitas distuli: Quare iuuenis et fortis san-
cte conuersationis habitum non indui: Putabam infelix
apertius penitentie senium: et quod mihi in iuuentute videbatur
difficile: in senio facile sperabam esse futurum. Sed decen-
pit me insipientia mea: et turpiter deceptus sum. Jam per
experientiam didici: quod senectus non recipit mores sed habet.
Quicquid iuuenis animus semel imbiberit: usque in sepulchrum
christi senex retinebit. Agere penitentiam iam senex volo sed
nequeo: quia pressus sub mala consuetudine ingemisco.
Quicquid boni propter morem incipio non valeo proficere: quoniam
nimis graue est in veteri mente noua cogitare. Virtutum ope-
ratio que mihi in iuuentute (si voluissem) satis videbatur
facilis: iam seni apparet impossibilis. Te mihi: quoniam
in me verificatum est illud viri sapientis: adolescens iuxta
via sua. etiam cum senuerit non recedet ab ea. Senectus enim
multis incommodis inuoluitur: a quibus nisi per mortem non
liberatur. Igitur o iuuenes quibus etas est apta proferendi
labores: discite virtutibus et sanctis operibus insistere:
assuescite carnis desideria superare: quoniam quod studium enim
dationis vite iuuenis negligit: senex abhorrebit. Quales
ergo senex inueniri desiderat: talis adolescens uiuat. Qui
enim in iuuentute sua bonis moribus inuigilat: usque ad se-
nium facile bonus perseuerat. Quicquid enim in adolescentia
seu iuuentute apprehendit: fortius tenetur. Sed in quan-
cumque etate ad penitentiam se homo conuulerit: in omnibus
patientia necessaria erit. Multas enim tentationes et ad-
uersitates experietur ambulans in lege domini: quas prius
nesciuit cum pergeret in semita mundi. Accedens itaque ad ser-
uitutem dei homo cuiuscumque status vel conditionis fuerit:
multas tentationes necessario sustinebit: contra quas in
timore domini cum patientia pugnabit. Enimvero regnum dei
uim patitur: et violenti rapiunt illud. Qui temptationibus

Insipientia

Et turbidus per-
turbati ual-
mala 30.

Proverb. 22.

Quare iuuenis
et fortis
sancte conuersationis
habitum non indui
Putabam infelix
apertius penitentie
senium

In bono qui
in malum peruenit

lyba

Prudentia
Dni etate
magna

timor.

Mat. 11.

25.

70

Tentationibus meis
me passus

Gal. 33

rom. 8

carne vim inferre negligit: non victor sed victus abibit: et regno dei aptus non erit. Sed quod multis ago sermonibus: Non est homo iustus in terra: qui a tentationibus sit alienus. Dicit enim scriptura. Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberabit eos dominus. Et alia scriptura. Quonia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Sed que equanimiter ferende sunt a nobis omnes aduersitates presentis vite: sanctus apostolus indicat dicens. Non sunt condigne passionis huius temporis: ad superuenturam gloriam que reuelabitur in nobis. Omne enim quod in terra sustinere possumus brevissimi temporis est: merces vero nostris passionibus et patientie debita in eternum manet. Si quod igitur aduersi nobis obuenerit: si quod tentationis mundane prauitatis accesserit: memores spiritus future retributionis amplectamur patientiam: scientes hec omnia diu non esse mansura.

De multiplici humane conditionis miseria

#

Cap. vi.

Job. 13

Humane conditionis multipliciter nos nouimus esse miseras: ut si vita presentis esset eterna: non immerito a sapientibus videretur contemnenda. Hinc sanctus Iob ait. Homo namque de muliere breui viuens tempore: replet multis miserijs: et nunquam in eodem statu permanet. Eni uero tota vita hominis super terram miseria est: cui viuere labor: mori periculum. Quousque igitur miseriam tuam homo diliges: quousque exiliu tuum in hoc mundo amabis? Ecce quot malis. quot miserijs. quot tribulationibus temundus persequitur: et adhuc separari ab eis non consentis? Quotidie ad interitum te pertrahit: et fugere a labente dissimulas? Homo peregrinus est super terram: omni hora aliquid de via transeuntis corripit: et ad finem itineris quocumque uide uiget. Sicut mercenarius dies hominis: singulis momentis tendit ad uesperam: ubi pro suo labore accipiet mercedem. Qui bene fortiterque in uinea domini laborauerit: premium laboris eternum recipiet. Quid igitur tardamus? Quid tota die ociosi in foro iacemus? Eamus ad uineam domini: laboremus

Hab

Matth. 22

sicut boni milites iesu christi: qm̄ si in huius vite breuitate p̄ bona opa p̄ficiamus: fructus celestis patrie p̄petuos recipiem⁹. Qui autē p̄ce semiat: p̄ce et metet. Quādiu in hac vita viuim⁹. miseri sumus: et varijs tribulacōnibz in mūdo cōcurimur. Nemo liber a miserijs: nemo a tribulacōnibz alienus: nemo uiuit siue tentacōnibz. Et sicut p̄na martyre nō facit sed causa: ita tribulatio nō meret sed patiētia. Habent in mūdo tentacōnes iusti: habēt et peccatores. Sed iustis aduersitas p̄ patientiā in meritū eterne felicitatis vertit: peccatoribz autē et impijs p̄ter impatientiā suā et reprobā vitā in peccatū reputat. Neminē tribulatio facit beatū: sed amor dei solus. et patiētia meritū causant. Nā et p̄ccōres multis vexant miserijs in hoc mūdo: q̄ tamen nudi pelluntur a merito. Cur hoc? Nō est timor dei ante oculos eorū: mala p̄ferūt nō amore dñi neq; intuitu celestis patrie: sed necessitate hūane vite. Vltima em̄ flagella peccatoris: sed solos in dño sperātes miseri cordia circūdabit. Cū ergo sine tribulacōnibus in mūdo nemo possit viuere: faciam⁹ de necessitate virtutē: ut mala que necessario ferim⁹: ad amorē dei cōuertam⁹. Nūq̄ p̄prie cōditionis miseria nos lateat: nūquā de memoria nra recedat: ut dū illā in p̄speritate mūdi ad mentē redūcimus: omnē elationē ⁊ vanā securitatē caueam⁹. Deniq; et ip̄a cōsideracōne p̄prie vilitatis nre p̄pendim⁹: qd̄ de nobilissimis sentire debeam⁹. In p̄ccōis accipimur ⁊ nascimur: cū labore et dolore enutrimur: multis et cōtinuis tribulacōnibz pulsamur. Interea qd̄ sperat hō mortalis? Sola mors finē miserijs dabit. Quid igit̄ speras o hō? Vile rie finē. Horre ergo cur metuis? Nemo em̄ prius q̄ mortalē felix erit. Finiri miseriā hui⁹ vite desideras: et mortis iudiciū formidas? O miseria et spūs afflictio pessima. Viuere nobis miseria est: ⁊ mori periculū. Horrem⁹ carcerē: et exire formidam⁹. Quid igit̄ agem⁹? Quocūq; nos vertimur: miseriā inuenim⁹. Ecce q̄ mūdo seruiūt nō sūt sine miseria: sed multis tribulacōnibus et anxietatibz quotidie vexat. Quo sine? Quo fructu? Qua mercede? Ut in mūdo

Gal. 5.
2 cor 9

tribulatio
p̄na
hō. folio 2. p.
29.

Ex m̄p̄p̄t̄
p̄p̄t̄ p̄p̄t̄

2. Nostra t̄p̄t̄
20.

1.
2-3.

f.

mors obaldy
9. folio

Pater noster
caus.

Martij
folio 21

In quibus
aliqua
debet
libro
construere
aliquo articulo
folio 228

2 mundi

Martij
atto

In libro
munda
sunt
folio

consequatur quod cupit. Habet enim et diabolus martyres suos: habet mundus: habent voluptates. Eni vero quod diabolo in peccatis carnalibus seruiunt: multas proferunt in hoc mundo miseras: quatenus pro penas temporales: se transiuros nouerint ad eternas. Amatores quoque huius mundi quod vanos honores ambiunt: quod pericuras diuitias querunt: qui carnis desideria proficiunt: infinitis miseris. et anxietatibus. se quotidie submitunt. Felicitatem huius vite sequitur inuidia: et unusquisque tanto maiori se periculo subiicit: quanto in potestate sublimius ascendit. Necessesse est enim ut que multi timent: et ipse timeat multos. Denique quis diuitum sollicitudines et miseras continuas explicare sufficiet? Dicit enim uir sapiens. Saturitas diuitis: non sinit eum dormire. Ubi diuitiae: ibi sollicitudo. Isti sunt martyres mundi: quibus mors non erit miserarum exitus: sed eterne tribulationis introitus. De paruis anxietatibus transeunt ad maximas: de temporalibus penis ad eternas: de leuissimis tribulationibus ad horrendas. Impius enim et peccatoribus mors non affert miserie terminum: sed eterne calamitatis principium. Iusti autem per accessum mortis: ad finem perueniunt humane tribulationis. Unde enim in hoc mundo vitam et miseriam moriendo finiunt: inde sine fine feliciter uiuere incipiunt. Quisquis ergo ad eterne vite gaudia venire desiderat: quisquis ad illos supernorum ciuium choros anhelat: martyrem se dei exhibeat: et mala quoque huius mundi propter dei amorem patienter et humiliter sufferat. Melius est pro miseriis huius vite cum patientia ad regna celorum ingredi: quam pro impatientia ad inferos transmitti. Quid prodest breuis consolatio mundi: que perit instar puncti? Quid diuitie: quod honores. quod uana presumptio vite? Ue amatoribus mundi: ue diuitibus auaris et impijs: quod dei amore contempto. carnis voluptatibus pascuntur. Cur temetipsum decipis o diues mundi amator? Quare animam tuam immortalis carnis desideria quotidie occidis? Ad quid in multitudine diuitiarum tuarum confidis? Rerum temporalium abundantia neminem a morte liberat:

Inuidia

folio 27
28 29

2. 3.
No.

2. 3. +

am quo
Dicit

Delicie carnales a vermibus nemine defendunt: neque bono-
nozes mundani a fetoribus sepulchri aliquae preseruantur.
Omnia enim mundana pereunt: et neminem in morte sequuntur.
Dives ille qui purpura indutus quotidie epulabatur
splendide. future mortis immemor. clamorem pauperis audi-
re noluit: nunc clamat apud inferos: et nemo succurrit.
Ubi nunc celle varijs quondam replete liquoribus: Ubi
frumentis cumulata granaria: Ubi splendida mensa:
Ubi byssus et purpura: Omnia velut umbra transierunt:
et periit cum possessore temporalium rerum possessio. Quid
apud inferos diuiti prodesse poterunt amisse in mundo di-
uitie: Quid profunt honores: quod uxor pulchra. quod ama-
tissima proles: Non purpura quocumque apud inferos des-
cendet a frigore: non byssus ab ardore: non aurum ab egesta-
te. Ibi dilectorum quondam in mundo cessabit affectio: ibi car-
nis cognatio perit: quia unusquisque in suo crimine iudicabitur.
Nunc igitur homo recordare transacti temporis:
et ex aliorum interitu: te quoque noueris esse mortalem. Ubi
sunt progenitores tui: ubi pater. ubi mater. ubi frater vel
soror: Ubi sunt iuuenes cum quibus aliquando puertie lu-
dos habuisti: Ubi viri. ubi mulieres: quorum et tempora
nouisti aliquando et mores: Ubi uxor: ubi liberi: Ecce
mortui sunt: et periit ex hominibus memoria eorum. Quid
iam profunt illis diuitie: quod honores: quid carnis vo-
luptates: Quid inquam profunt mortuis deliciae mundi:
pro quibus iam recipiunt cruciatus inferni: Aut quod mon-
do paupertas et tribulatio in mundo habita iustis obesse
post mortem poterunt: pro quibus eterne felicitatis gaudia
recipiunt: Qui moritur: quid prodest ei quod diu vixerit:
Quid si mille annis dives et sanus vixeris super terram:
Dortem nulla annorum multitudinem (etiam si differas)
evadere potes. Enimvero cum mortis hora aduenit:
omnem vite voluptatem tollit. Nihil te vixisse in illa hora
estimabis: nihil pendes omnem vite habite letitiam: quippe
qui transiit te metuis ad penam. Tunc voles te mundum
spreuisse: et dices. Deum me miserum: qui omnem vitam meam in

L. v. 10.

atto

longa vita

habita

Viz mortis hora

penitentia
vra

peccatis tam turpiter expendi: qui mundū diligens. post
vanitates ambulavi: cur hanc horam periculis plenā sa-
nus non timui: Unā dies meos in dei cōsumassem ser-
uicio: unā monachum vicissem in cenobio: iam securus
transirem de mūdo. Quid mihi nūc p̄sunt diuicie: Quid
iuuant honores: Quid potentia: qđ nobilitas. quid va-
na scientia mūdi: Diues eram et potens: aurū et argentū
possidebam: nec finis erat substantie. Sed qđ mihi nūc
profunt hec omnia: Ecce iam morior: tristēq; p̄ vite me-
ritis sum excepturus sententiā. Aurū in quo cōsidebam
quid mihi prodest: cū me liberare non possit de imperio
mortis: Ne mihi misero. Penitentiā sanus distuli: nunc
in lectulo mortis iaceo: cogitare aliqđ pro salute anime
ianuāq; migrantis minime valeo. Hunc penitere cupio:
sed nequeo. O maledicte sollicitudines mundi: o vane et
periture diuicie: o carnis semp nocue voluptates: quē
admodū decepistis me miserū. Vitam meā bonā ac deo
gratā esse crediderā: si in fide christiana pseuerarē. Sed
fides vana: sine operibus pietatis. Jam infinita crimina
de latibus suis profiliūt: iam se ad memoriā multa sce-
lera obijciūt: de quibus sanus nullā penitus conscientia
habebam. Hūc ergo qđ faciā: Ad quē confugiam: O qđ
securus ex hac vita discederē: si in via dñi religiose et pie
ambulassem. Hec meditare o homo: dū viuis: hec cogi-
ta dum sanus es: et qualis inueniri in mortis hora desis-
deras talis viuere omi tpe non obmittas.

Qđ in omni statu sepe. etate. et

condicione huius vite nunq̄
desit miseria et tentatio. *B. Sicut dicitur* **Cap. vii.**

206. 73
Omo natus de muliere breui viuens tpe: re-
pletur multis miserijs: et nunq̄ in eodē statu
pmanet. Quis homo: Omnis hō. Quis omnis
homo: Miser et vita breuis. Cur miser: Quia
corruptioni subiectus: nunq̄ in eodē statu pmanet. Cur
breuis vita: Quia cito morit. Ergo omnis homo miser

24.
Difer plane. Ergo et infantes miseri? Etia miseri. Qua
re miseri? Quia boies. Si ergo miseri sunt omnes: qui fe
lices? Nemo in hac vita. Cuiuscūq; status, sexus, condit
tionis uel etatis homo fuerit: quādiu in mūdo est: miser
erit. *Bois ergo felices facit? Non facit: sed discernit.* mors
Quid discernit? Inter felicem et miserū. Omnes em̄ q̄diu
in mūdo uiuimus: miseri sumus. Cū uero de hac vita p
mortē resoluimur: q̄si pisces capti in littoze discernimur:
quoz alij boni ad vitā eternā om̄i deinceps miseria carita
turi pducimur: alij qui mali sumus de temporali miseria
ad eternā miserā destinamur. *Diferta em̄ hui⁹ vite dua* miseria duplex.
plid modo potest intelligi: vha que ex necessitate nature
om̄ibus cōmunis indicit: alia que varijs casibus genera
tur. Et nature corrupte necessitate om̄es sumus miseri:
omnes uicissitudine tempoꝝ uel casuū mutabiles: om̄es
in carne passibiles: om̄es deniq; mortales. Ex uarietate
casuū et fortune nō est om̄ibus equalis miseria: sed vnusa
quisq; in suo statu secundū animi sui qualitātē tenta cōt
bus aut vincit aut vincitur. Deniq; p vite merito sepius
in hac peregrinacōne miseria homini infligitur: ubi pena
non remuneratur sed causa. Quicūq; em̄ pro iusticia
in hoc mundo patitur: non miser sed beatus iudicatur.
Qui autē pro suis criminibus penas uel psecutiones in
mūdo sustinet: miser et miserabilis est: et longe a beati
tudine sanctorū alienus. Miseras uero hui⁹ vite necessa
rias pro dei amore patienti et humili sufferre animo: nō
minima pars iusticie est. Om̄ia em̄ que nobis ex natura
videntur necessaria: fieri possunt p amorē dei meritoria.
Si ergo necessitates et miseras hui⁹ vite p dei amore libē
ter et hūiliter sufferim⁹: ualde iusticie appropinquam⁹. Ut
igit post mortē felices effici mereamur in celis: miseras
p̄itis incolatus patienter tolerem⁹: cōuertētes instrumē
ta necessitudinis: in arma pietatis. Quādiu em̄ in hac pe
regrinacōe uiuim⁹: necessario miseri sum⁹. Par quidē oī
bus sufferēdi necessitas: sed multū dissimilis exitus. Qui
necessitatē in uirtutē p dei amore potest cōuerrere: miseria
C ij

2
3
Cui⁹ q̄
nō uolūta
19. 28.

21.
differētis exitus

meli. g. h. y

hulus vite p morte absolutus: eternā felicitatē meretur
 obtinere. Qui autē in hac vita positus necessitates et mi-
 serias humane condicōnis impatienter tolerat: qui scele-
 rū facibus accensus cōtra deū murmurat: mortuus non
 euadit miserā sed cōmutat. Quid cōmutat? Miseriam.
 Quā miserā? Temporalem. Quomō cōmutat? Paruā
 in maximā: breuē in eternā. Qui em̄ hic in peccatis suis
 pseuerans miserā temporale p mortē terminat: eternam
 iusto dei iudicio cōdemnatus intrat. Et qui in hac vita
 pro dei maximo amore tribulacōnes et aduersitates pa-
 tienter sustinet: p mortē ab omni miseria liberatus: felix
 in terra viuētū sine fine regnaturus. miseria caret. Iustis
 em̄ a morte felicitatis introitus patet. Hūc ergo quoniā
 quidē necessario in hac vita miseriam variasq; tentatio-
 nes patimur: studeamus necessitatē hanc in virtutē ver-
 tere: ut mala que ferimus: p dei amore patienter et hila-
 ri animo toleremus. Nec quisquā alienū se a miseria huius
mūdi existimet: qm̄ tūc vere quisq; miser est: cū se putat
esse felicem. Ab infantia vsq; ad senū: nemo miseria ca-
 ret. In omni etate miseria est: quāq; se miseros esse multi
 non intelligant. Quicqd mutabilitati subiectū. generatur
 et corrūpitur: vanū et miserū recte p̄dicatur. Vanus igit̄
 homo et miser: vana opera eius: sed et frustra cōturba-
 tur. In miseria et peccatis concipitur et nascitur: in miseria
 et dolore cōtinuis educatur: in miseria viuūt totus et
 moritur. Deniq; om̄is etas. status. et conditio: suis mise-
 rijs et tentacōnibus vexatur et vritur. Quis digne miseria-
 rias infantie et puericie explicare sufficiet? Cōceptus in
 vtero matris homo miser est: et morti prius obnoxius:
 q̄ viuus procedat in lucem. In peccatis prothoparentū
 concipitur: et ex radice corrupta. ire filius nascitur. De-
 niq; anteq; viuere mūdo incipiat: morti appropinquat.
 Sed de his alibi dicemus. Nulli penitus deest miseria:
 qui peregrinātur in hac vita. Habet suas miseras tene-
 ra pueroꝝ infantia: habet iuuentus: habet et senū. In
 omni quoq; statu miseria est: et afflictio spūs. **Sūmus**

axioms

philo 27

original
 v. 27

27.

77
pontifex vicarius christi. multis in hac vltima tentacionibus
quatur: et quanto excellentius sup omnes sublimatus cernitur:
tanto abundantius miseria repletur. A summo enim principe
mortalium vsq; ad agricolae filium: non est sine miseria
homo sup terram. Totus enim mundus: miseria et amaritudine
plenus est. Si religionem intraueris miseriam inuenies:
si permanseris in seculo: miseriam offendes. Si doctus
in omni varietate scripturarum euaseris: miseriam in
omnibus inuenies: quoniam qui apponit scientiam: apponit
et dolorem. Si magnus, diues, et potens, effulseris: multa
miseria non carebis. Sed nec humilibus abiectisque de
esse miseria poterit: qui eo plerumque infeliciores sunt: quod
se miseros non agnoscunt. Necessaria quoque generi humano
rusticitas: multis est subiecta miseris. Omnis itaque
status presentis vite: multis tentacionibus et miseris plenus
est. O vanitas vanitatum: quid te felicem existimas?
Displicet unicuique status proprius: et placet alienus. Pauci
suis limitibus sunt contenti. Qui duxit in matrimonio
uxorem, se ligatum ingemiscit: libertatem recuperare amissam
desiderat: vitam monachorum laudat. Fastidit quod habet: et
concupiscit quod non habet. Alius professioni monastice
astrictus, ordinem horret et habitum: intentionem suam reuocat
ad mundum: propositum sancte conuersationis vituperat: matrimonium
magna voce laudat. Sed quid multis vtor?
Unusquisque alterius fortunam estimat meliorem. Et hoc vanitas
est: et afflictio spiritus. Habent (crede mihi) omnes
status humani progressus miseras suas: et ubi maior putatur
esse felicitas: ibi miseria copiosior exuberat. Qui preteritis
sunt alijs fortunam subditorum meliorem existimant: qui vero
preteritis coguntur esse subditi: se miseros et illos credunt esse
felicis. Sed omnes decipimur: quod aliquem statum carere miseria
in mundo arbitramur. Ubique in hoc mundo miseria: ubique
tentatio est. Nemo enim ante mortem vere felix dicendus.

De presentis vite breuitate et necessitudine mortis.

Capitulum viij.

L iij

25. **O**mo breui viuens tempore. multis ac pene
 cōtinuis in hac vita miseris quatitur: vt per
 tentacōnes quas in mūdo sustinet: venire ad
 eterna gaudia festinet. Dicit em̄ scriptura. Qm̄
 p̄ multas tribulacōnes oportet nos intrare in regnū dei.
 Tempus vite nostre sup̄ terrā breuissimū est: et multis
 calamitatibus obnoxū. Qui hodie sanus uiuit et letus:
 cras forsitan inter mortuos computabitur. Quid igitur
 superbis terra et cinis? Cur te non recognoscas esse mor-
 talem? Aut si cognoscis: quare nō metuis? Diu in hac
 vita manere nō poteris: quippe q̄ singulis horis ad mor-
 tē curris. Quid vanis tumes honoribz: vermibus mor-
 esca futurus? Quid te diuitē existimas: quē pauperrimū
 breui futurū non ignoras? Quid instaris de scientia nū-
 di: qui omnes sensus post paululū pditurus es? Quid
 gloriaris de pulchritudine: qui vilissimū cadauer et putri-
 dum stercus post modicū eris? O ceca semp̄ humane cō-
 ditionis stulticia. Cur te miserū nō recognoscas o homo
 mortalis? Diuitē te et felicem existimas: et q̄s proxima sic
 mors tua minime pensas. In foribus est: ad interitū tuū
 lā festina p̄perat. Quid de potestate terrena p̄sumis? Dis
 em̄ potentatus breuis. Ep̄s es: cito moueris: et alius
 in locū tuū exurget. Ubi sunt antecessores tui? Ubi pri-
 mus ante te? Dormi sunt: et tu in locū eorū surrexisti.
 Manere in cathedra mortalū diu non poteris: sed eos
 quos premisisti mor̄ sequeris. Abbas et prior monacho-
 rū es: nō diu manebis. Veniet mors et iam p̄perat: prio-
 ratū tuū donabit alteri: te vero summo iudici p̄sentabit
 discutiendū. Quid tibi tūc p̄derit breuis sed rā tūc amissa
 potestas? Quid ep̄scopalis dignitas: qd̄ reuerentia pas-
 toralis iurare poterit? Enūvero p̄ tibi cōmissis ouibus
 summo pastori deo tūc p̄sentandus es: et de om̄ibus illi
 rationē reddaturus. In illa die cognosces culpe pastoris
 incūbere: si qd̄ minus utilitatis pastor internus deus in
 ouibus suis potuerit inuenire. Cui em̄ multū cōmittitur:
 multū ab eo requiret. Quot boies modo sub cura et regia

5
 Fructuorum
 Salo h.
 abbas
 vniuersi

22.

lo

mine tuo recipis: p tot ouibus in extremo iudicio respon-
debis. Eniuero nō solū p aīa tua rationē deo redditurus
es: sed oīm tibi subditoꝝ rector positus: p singuloꝝ aīa-
bus deo respondebis. **D** si illū diem ante oculos mentis
tuenūc ponerēs: o si nouissima tua pūderēs: mundū cū
vanis honoribus facile cōtemnerēs. Ecce mors pperat:
ecce finis appropinquat: ecce cōsummatio regiminis tui
festinat. **S**i ergo sapiēs. si aīe tue periculū metuis: memo-
rare peccata p̄terita: et recordatio mortis nunq̄ ab intē-
tus recedat. Dicit em̄ vir sapiēs. **M**emorare nouissima
tua: et in eternū non peccabis. **N**ihil sic boiem a vanitas
tibus mūdi reuocat nihil sic desideria carnis mortificat:
sicut frequēs et intenta meditatio mortis. **F**acile cōtemne
mundū: q̄ semp se cogitat moriturū. **D**inc salomon mor-
tus ex cōsideratione certissime mortis ait. **R**isum reputa-
ui errorē: et gaudio dixi. **Q**uid frustra deciperis? **I**dcirco
eo melius est ire ad domū luctus: q̄ ad domū cōiuij.
In illa em̄ homo de fine suo redditur sollicitus: in ista ve-
ro nihil de morte cogitat. **Q**uid si hō multis annis vix-
erit sup terrā? **Q**uid si diues. si potens. si nobilis fuerit?
Mors auctoritatē terrene potestatis nō metuit: diuicia-
as nō attendit: nobilitatem generis nō pauescit. **P**ari in
omēs fertur vindicta: rapere omēs sine psonaz acceptio-
ne didicit: parcere nulli nouit. **O**mēs morimur: oēs ad
tribunal christi p meritis discutiēdis p̄trabimur: manea-
re diu in hoc mūdo nulli cōceditur. **N**emo igit̄ semetipm̄
deciat: nemo de mūdi honoribz p̄sumat: nemo in mul-
titudine diuiciarū cōfidat. **E**d bene moriendū p bonā vi-
tā vnusquisq̄ se p̄paret: **nemo de lōgitudine vite in incer-
tū speret: qm̄ quāto quisq̄ diutius in mūdo vixerit: tan-
to minus ad moriendū volūtarius erit. Quare hoc? Enī
vero dū plongatur vita: in multis crescit et culpa. Sepe
em̄ qui ad moriendū iuuenis paratus et volūtarius cerni-
tur: senex imparatus et lōgioris vite cupidissimus inue-
nitur. Cū vita crescit appetitus viuendi: et quāto ad mor-
tem homo pperat: tāto amplius vitā amat. **D**iuus em̄**

Eccl. 7.
vix meditatio in
morte.

Eccl. 7.

comparatio ad
mortem.
fol. 7.

ay moriendū in
mūdo aut p̄
vix p̄dicitur

longa vita
in p̄p̄da
23.

Gen. 6.

mortē iuuenis metuit: qm̄ deliquisse in paucis se cogno-
 scit. Dū vero ad seniū etas hoīs extenditur: multis vicijs
 et peccatis deturpat: et mortē tanto anxius metuit: quā
 to se in multis deliquisse recognoscit. Prona est ad pecca-
 tū būana infirmitas: et que tēpus vite sibi concessum in
 bonis operibus debuerat expendere: carnis voluptatibz
 cernit ut plurimū indulgere. Vitam plonari homo sibi
 expostulat: et dū penitentiā de p̄teritis agere tardat: imo
 paratus mori formidat. Vivere diu miser in mūdo deside-
 rat: et quāto diucius in hac vita manere pmittitur: tāto
 minus emēdasse mores inuenitur. Esse senex desiderat:
 dicta recusat. Venire ad seniū p̄ multos annos petit: et cū
 puenit: exire de corpore ptimescit. O miserrima būane
 infirmitatis cōditio. Quid frustra deciperis homo mora-
 talis? Quousq; te mortiturū nō recognoscis? Dale vi-
 uis: et idcirco mori ptimescis. Delicta iuuetutis tue p̄ pen-
 nitentiā noluisti abstergere: peccatis peccata nō timuisti
 addere: et ideo ante iudicem internū refugis comparere.
 Sed frustra memis: frustra ptimescis: euadere mortē nō
 poteris. Tēpus ad penitendū tibi progari expostulas: et
 quātūcūq; plonatiū acceperis: vitā nō emendas. Quid
 tibi longissima vita proficit: que in peccatis tota senescit?
 Quid multi anni: a bonis opibus vacui? O rara in sen-
 nibus emēdatio vite. Semp veteribz noua cōiūgit vicia:
 semp in deterius pficit: sp̄ ad mortē senectus dubia rēdit.
 Animū em̄ que in adolescētia semel induit: om̄ibz diebz
 quibz cōuersatur sup terrā nō dimittit. Valde em̄ difficile
 est assueta relinquere: et in veteri mente noua cogitare.
 Que iuuenis didicit: senex retinebit. Propositū emenda-
 toris vite q̄ differēdo negligit: turpiter amittit. Ecce dū
 sanī sumus penitentiā salutarē differim⁹: emendationē vl-
 te nre de die in diem p̄crastinam⁹: et dū viuere diucius
 in mūdo cupim⁹: mortis hora p̄occupati. sine penitētia
 ab hac vita discedim⁹. Emēdationis p̄positū in mēte quo-
 tidie volumus: cras incipere cogitamus: sed dū vīm no-
 bis cōtra malā cōsuetudinē inferre negligimus: semp in

Quo Horati in
de Senectute est in lib.

In penitentiā
de Senectute
in lib. 2. c. 1.

Co. summo.
O. p. m. h.
relinquit.
29 23

31
peccatis pseueramus. Nemo em̄ surgere de praua cōsuetudine poterit: nisi qui sibi vim contra desideria carnis faciat. Hinc de pharaone in exodo dicitur. Induratum est cor pharaonis: nō vult dimittere populū meū: nisi in manu forti et brachio extento. Quis p̄ pharaonē nisi diabolus accipitur: qui peccatores induratos tenere in sua seruitute phibetur. Ip̄e em̄ omnium iniquorum caput. quē in luto prauae cōsuetudinis suo imperio semel subdidit: ad penitentie remedia cōfugere. nisi in manu valida nō pmittit. Que manus valida? Qd̄ brachiū extentū? Audi. Das manus valida gratiā dei omnipotentis exprimit: sine cuius auxilio ad penitentiā nemo resurgit. Enūvero q̄ sua sponte in peccati foueam semel ceciderit: surgere sine speciali gratia dei nō valebit. Stare ante ruinā nemo potest. nisi omnipotentis gratia eū seruādo p̄ueniat: surgere post ruinam nemo potest: nisi misericordis dei clemētia eū iuuādo erigat. Quid ergo liberū arbitriū? Quid brachiū extentū? Audi. Libertas arbitrij ad omne opus bonū necessaria est: p̄ quā dei gratia in nobis operatur et velle et pficere pro bona voluntate. Sicut artifex opus suū per instrumentū aptū operatur et pficit: sic gratia dei p̄ liberum arbitriū bonū opus in hoībus disponit et facit. Et sicut liberū arbitriū sine gratia dei nihil proficit: ita gratia dei ad operandū bonū in nobis. nostrū arbitrium requirit. Hinc sanctus apostolus scribens corinthijs dicit. Hortamur vos ne in vacuū gratiā dei recipiatis. Ergo gratia dei aliquādo in vacuū recipitur. Plane in vacuū. Quomodo hoc? Audi. Quisquis penitentiā sanus agere negligit: quisquis bonū operari dū potest spernit: in vacuū dei gratiā accepit. Idcirco dicitur. Non dimittet populū meū nisi in manu valida et brachio extento: id est in gratia dei et libero hoīs arbitrio. Extende brachium: gratia dei in promptu est. Extende: ne et gratiā similes tempus penitentie amittas. Quid moraris? Quid tardas? Quid fluctuas? Quid vanis cogitacōibz estuas? Regnū dei vim patitur. Quousq; dissimulas? Quousq;

Exodo

Grā dei
p̄ueniens

cooperans
formans

liberū arbitrij

simile

liberū

2. cor. 5

32

cor. in) de sibi
na
Polo. 4.
Matth. 16.
1

2

Dei gratiā in vacuā recipis? Cur manū validā ad libera-
 tionē tui non ponderas? Quare brachium volūtatis tue
 ad gratiā dei vltro se offerentē non extendis? Quare von-
 canti deo non occurris? Quid negligis? Nulla sine labo-
 re virtus: nulla cōtra malā consuetudinē sine maximo su-
 dore certamina. Ad celeste regnū non venitur p̄ desideria
 carnis sed spūs. Carnis autē desideria nemo potest ex-
 tinguerē: nisi qui gratia dei adiutus vim sibi nouerit in-
 ferre. Quā vim? Audi a dño. Qui vult inquit venire post
 me: abneget semetip̄m sibi. et tollat crucē suā: et sequatur
 me. Sic latet vis: hic neruus victorie consistit. Si victa
 carne ad regnū celoz venire desideras: voluntatē ppriam
 p̄ dei amore contemnas. Ambula secundū spiritū: et car-
 nis desideria superabis. Verūtāmen in omnibus his crucē
 tuā ferre quotidie non negligas: si venire post dñm salu-
 briter optas. Quā crucē? Quotidiane temptationis. Quo-
 nā modo ferenda est? Per patientiā. Ip̄e em̄ dñs dicit
 imitatoribus suis. In patientia vestra possidebitis aīas
 v̄ras. Et sanctus ap̄tus. Patientia inquit vobis necessa-
 ria est. Nūc itaq; arbitrij tui extende brachiū: si cupis te-
 nebrosam euadere egiptum. Quid formidas? Quid hesi-
 tas? Quid dubitas? Quare nō hodie incipis penitentiā:
 qui te breui moriturū nō ignoras? Ecce tā properat ami-
 putatrix penitentie mors: que et vitā tuā et diu dilatū pe-
 nitendi propositū pariter extinguet.

**De mortis amaritudine et iudi-
 cij districtione.**

Cap. ix.

Unum terribiliū terribi-
 lissimū est mors: que cū maximis doloribus
 animā rapit de corpore: que in puluerē carnē
 redigit: et spiritū p̄ meritis iudicandū ad tri-
 bunal dei trāsmittit. Mors quidē omnibz certa: sed solis
 peccatoribz metuenda. Justus em̄ quacūq; morte p̄ccu-
 patus fuerit: in refrigerio erit. Nō sic impij nō sic: quibz
 mors vite p̄ntis dat terminū: et eterne calamitatis iudicū

Sap. 4.

Ne peccatoribus obduratis: qz dū penitentiā agere nō
 gligūt: ad inferos cruciandi sine fine descendūt. Quid iā
 cōstitutis in tormētis iebēne: terrene p̄sunt diuicie? Quid
 breui tpe in mūdo habiti honores? Quid spurcissime car
 nis voluptates? Quid gloria mūdi: qd regni maiestas?
 Trāsierūt om̄ia: et sicut fumus euauerūt. Jacent in tor
 mentis miseri: in eternū sine fine cruciandi. Ubi sunt von
 luptates carnis quas amauerūt? Ubi spes vite lōgioris?
 Ubi p̄ tot ānos dilati penitēdi p̄positū? Voluptas in pen
 nā sine fine duraturā mutata est: spes in cōfusione: volun
 tas in opprobriū. Iā quasi nihil cōfessio perijt a mortuo:
 penitētie p̄positū euauit: operādi tēpus expirauit. Bea
 tus hō q̄ semp est pavidus: q̄ mortis amaritudinē quotis
 die p̄ueniendo cogitat: q̄ se p̄ penitentiā in occursum del
 parat. Nihil em̄ sic mentē ad cōpunctionē incitat: nihil
 sic desideria carnis mortificat: nihil sic penitentiā accele
 rat: sicut frequens et intenta meditatio mortis. Sic eze
 chias rex iuda nūcio mortis accepto cōuersus ad parietē
 fleuit: et dilationē vite lachrymis impetrauit. Sic ninia
 uite audita comminatione dñica de vrbis subuersione tē
 muerūt: cōpunctiqz salubriter in cilicio et puluere peniten
 tiā agere festinarūt: et veniā a dño cū salute ciuitatis ac
 ceperūt. Sic achab rex isrl̄ accepta sententia mortis deu
 misso capite in terrā hūiliatus est: q̄ prius elatus et super
 bus helie sermones cōtemserat. Nemo adeo ferus et supra
 bus est: q̄ nō mansuescat ad intentā memoriā mortis. Id
 circo memor esto semp exitus tui: et non obliuiscaris ex
 tremi iudicij: si vanas cupis peruincere libidines mūdi.
 Eniūero qui mortē sibi e vicuo imminere cogitat: nihil
 in mūdo caducū amat. Demortia siquidē mortis sedula
 mūdū despicit: carnis incēdia spernit: diuicias cōtemnit.
 Facile nāqz animus ad cōtemptū terrenoz inducitur: si de
 vicina morte sollicite meditet. Dentqz si pericula mortis di
 ligēter attēdim⁹: mirū si a lachrymis cōtineam⁹. Tāto em̄
 acrius in p̄niciem nr̄az diabolus in mortis hora p̄strepit:
 q̄sto sibi post bacoem vincēdi materiā intercepti cognoscit.

dicitur
 honor
 desideria carnis

770. 28.

Ex hoc mō
 iudicij

habet
 mōi iudicij

Translucida
 dilata.

Mortis mōi
 no vltim.

exempla

1.

2.

3.

1.

2.

3.

33 Scit enim inuidus humane salutis psequitor premiū a fi-
ne laboris dependere: et ideo conatur in mortis articu-
lo fortius obsistere: ne homo in sancto pposito possit p-
manere. Et ideo multos inter sanctos mortem valde ti-
muisse legimus: eo q̄ salutis summā in fine consistere nō
dubitarent. Quid nos miseri peccatores in illa hora su-
mus facturi: vbi tremūt sancti et pfecti? Quid facient ta-
bule: vbi magne domus quassantur colūne? Si mortem
iustus metuit: impius et peccator quomodo stabit? Ne
nobis. Penitentie tempus male expendimus: et tanq̄ sen-
cū ad mortē pperamus? Decipitur: qui mortē sine peni-
tencia prestolatur. Qui male viuit: nunq̄ sine penitencia
bene moritur? Pendente in cruce dño salutis insidiator
affuisse legitur: et qui nullū in eo peccatū vnq̄ inuenire
potuit: suū quesiturus in morte aliqd̄ accessit. Quis mo-
do non timeat: si callidi hostis versuciam pensat? Don-
rienti quondā sanctissimo p̄sule thuronoz martino dia-
bolus affuit: et suū in eo aliquid quesuit. Cui sanctus.
Quid hic stas cruenta bestia? Quē expectas? Discede:
nihil in me funeste reperies. Ad hec diabolus indignās
respondisse fertur. Orienti filio dei in cruce affui: et ti-
bi a p̄propiare non debeo? Fleo vnq̄ mortuus est: cui
morienti non fuerim presens. Hinc sancti viri cū de omni-
bus semper diuina iudicia p̄timebant. tunc tamen vehe-
menter metuūt: cum ad soluendum humane cōditionis
debitū adueniēte districto iudice propinquare se cernūt:
et fit tanto timor acrior: quanto et retributio eterna vic-
tior. Quid nos miseri vermiculi agere morituri poterim?
qui sanctorū merita non habem? Timeamus ergo mor-
tē nobis certissimo venturā: ne paueamus p̄sentē. Nihil
enī morte certius: nihil in humanis durius: nihil horri-
bilius. Et cū de ventura morte omnes simus certissimi:
nescimus tñ qua hora veniat: vel in quo statu nos pro-
sternat. Hinc in euāgelio dñs nos admonet dicens. U-
gulate: quia nescitis diem neq̄ horā. Et inducens super
hoc similitudinē ait. Et vos similes hoībz expectantibus

5thi quare mori
timuit.

2. Neulien dubat.

3.

Prunhach
hurgul

[Handwritten signature]
12

dominū suū quādo reuertatur a nuptijs: ut cū venerit et
pulsauerit: confestim aperiant ei. Beatus ille seruus: quē
cū uenerit dñs eius et pulsauerit ad ianuam: inuenerit vi
gilantē. Quis dñs? Iudex internus iesus christus. Quis
seruus? Homo christianus. Quādo uenit dñs? Dñi mort
tur christianus. Quādo pulsatur? Cum p egritudine quē
piam ad mortē uocat. Quis est qui ueniente dño uigilat?
Qui domū cōscientie sue in amore et timore dei mundā
seruat. Quē est ianua? Conscientia. Quādo pulsanti ape
rit seruus? Cum p bona opa ad mortē est paratus. Quā
mercede seruus uigilans et apertens dño remuneratur?
Sup omnia bona dñi cōstituitur. Quo fine? Ut cū omni
bus sanctis feliciter gauderet sine fine. Quis hoc promit
tit? Saluator mundi qui uigilare nos p̄cipit. Quo loco?
In sancto euangelio. Quis bene uigilat? Qui se mortua
rum intenta cogitacōne ab omni macula uicioꝝ purgat.
Quis est modus se expurgandi? Amor et exercitiū peni
tendi. In multis em̄ offendimus omnes: et nisi p peniten
tiā nos quotidie reformemus: male dispositi ad mortem
tendimus. Ue mihi: qui uigiliam meam male custodiui.
Quid nūc deinceps faciā? Audi dñm te uocantē: et uigila
in alterā uigiliam expectantem. Neglexisti primā: obser
ua uel secundā. Quē est prima uigilia? Puericia. Quid si
hanc neglexerit seruus? Ad secundam uigilet p̄paratus.
Quē est secūda uigilia? Adolescentia uel iuuentus. Quid
si et istam neglexerit seruus? Tercia obseruet sollicitus.
Quē est tertia? Senectus. Quid si et istā neglexerit ho
mo? Inter uirgines fatuas cōputabitur. Quas fatuas?
Illas nimirū que inerti ocio languētes: sponso celesti ex
tinctis lampadibus occurrerūt. Eni uero peccatores qui
in somno carnaliū uoluptatū dormiūt: dño se p̄parare in
occursum p sancta exercitia cōtemnūt: et ideo p mortem
compulsi. extinctis lampadibus ad inferos descendunt.
Quibus et introitum regni celoꝝ petentibus a dño dici
tur. Amen dico uobis: nescio uos. Uigilemus itaq; fra
tres dum prodest: preparemus nos in occursum dominū

DI

manifesta
quod dicitur
in uigilia

1. uigilia

2. uigilia

34
 anteq̄ veniat: ne cum fatiis virginibus a regno nos ex-
 cludat. Sint lumbi nostri precincti. et lucerne ardentes:
 quatenus carnē restringamus a voluptatibz: et intus co-
 ram deo forisq̄ corā hoibus. in bonis reluceamus operi-
 bus. Fidelis serui vigilātis paradigma sedulo reuocem⁹
 ad memoriā: ⁊ vigiliā nostrā quotidie sollicite obseruem⁹
 Seruus dñi fidelis stans sup custodiā suā de aduentu
 illius sedulo cogitat: seq̄ p lucernā sancte operacōnis in
 occursum eius parat: et omni hora donec ventat ad ia-
 nuā expectat. Omnē aliā sollicitudinē a se procul abijcit:
 sue tantū vigilie solliciter intendit: vanos pueroꝝ circa se
 ludos forti animo cōtemnit. Q̄ si interea dñi expectat vel
 modice victus sopore inclinās ad parietem dormierit: cō-
 tinuo imaginādo dñi aduentū excusso fortiter somno. ad
 vigiliā resurgit: ne forte pulsauerit dñs vel leniter p̄-
 t̄mescit. Horam autē faciente dño. nequaq̄ seruus fide-
 lis et prudens custodiā suā negligit: a bono exercitio mi-
 nime desistit: sed quāto ille diutius venire tardauerit: tan-
 to amplius vigil bonus p̄t̄mescit. Cūq̄ tandē post lon-
 gam morā. dominū suū venire procul aspexerit: ne quid
 ingrediēs domū qd̄ eum offendere possit inueniat. valde
 p̄t̄mescit: cōfidentia tamen boni custodis nō amittit. Ve-
 nienti autē dño cū hilaritate occurrit: et nihilominus ad-
 uentū eius metuit: quē se offendisse nō cognoscit. Unde
 vir sapiens. Nescit homo vtrū amore vel odio dignus sit:
 sed om̄ia in futurū seruātur incerta. Seruus tamen fide-
 lis pulsanti dño p̄ mortē occurrere paratus. quāq̄ se inu-
 tilem nouerit: nequaq̄ de clementia dñi diffidit: sed in-
 ter spem metūq̄ positus. se misericordie illius fiducialiter
 cōmittit. Scriptū est em̄. Sperat iustus in morte sua. Et
 licet vnusquisq̄ plus timere in sua vita debeat q̄ cōfidere:
 tamen cū hora mortis aduenerit. maior de misericordia
 dei fiducia assumenda est: ne forte p̄ nimā pusillanimita-
 tem a diabolo circūuentus homo: in baratrū desperacō-
 nis p̄cipitetur. Multis em̄ et varijs modis humane salu-
 tis inimicus diabolus morientibz parat insidias: et tūc

Errat 9

17.

diaboli p̄t̄mā

Totus seruus
fidelis
et prudens

M. S. S. S. S.

aeternitate seuit inuidia: quando pro eterno triumpho ultima
 geritur pugna. Sed mortē frustra timeamus: quā euadere
 nō possumus. Dicit vir sapiens admonet dicens. Noli me
 tuere iudicium mortis. Ac si patenter dicat. Noli timere
 quod nō potes euadere: neque periculū timendo augeas: ne
 in desperationē cadas. Quid em̄? Ergo mors nō est timenda?
 Malis et reprobis timenda est: quibus aditum
 facit ad infernū. Bonis autē et fidelibus ira timenda est.
 quatenus a peccato cohibeat: nō ut constantiā frangat.
 Om̄ibus tamē bona et vtilis est discreta meditatio mor-
 tis: cuius memoria bonos et iustos in sancto proposito cōser-
 uat: impiosque et peccatores ad penitentiā reuocat. Sāctis
 em̄ et iustis mors ad vitā eternā aditus est: beato dicente
 apostolo. Vibi viuere christus est: et mori lucrū. Quare
 lucrū? Quia trāitus mihi p̄ mortē paratur ad gaudiū:
 p̄ quā de labore vado ad requiem: de abiectiōne ad glori-
 am: de paupertate ad diuitias incōparabiles: de timore
 ad securitatē: de mūdo ad celū: de morte ad vitā eternā.
Sed hec cōfidentia solis cōuenit p̄fectis: quibz mūdos
 iste crucifixus est: et ipsi mūdo. Infelix ego tritemius: quō-
 si me liberabit de corpe mortis huius. Tediū p̄sentis vite
 sustineo: et mori p̄timeo. Cupio dissolui et esse cū christo:
 sed a parere ante internū iudicē timeo: quē multis pecca-
 tis me offendisse recognosco. Incolatū meū egretolero: in
 quo me nō profecisse cerno: et ideo cū sancto ap̄lo inge-
 misco. Ait em̄. Scio quod nō habitat in me. hoc est in caro-
 ne mea bonū. Nā velle adiacet mihi: p̄ficere autē nō inue-
 nio. Non em̄ quod volo bonū hoc facio: sed quod nolo malū.
Si hoc de se sanctus ap̄l's dicere potuit: quid nos miserī
faciemus? Ne nobis: quibz interdū nec velle adiacet nec
p̄ficere. O si districtū internū iudicis examen nūquā ab oculis
mentis n̄re fugeret: o si nouissimoꝝ memoria nūquā a
n̄ris cogitacōibz recederet: mūdos facile nobis vilesceret:
et p̄n̄e amaritudo placeret. Quā districte op̄s deus peccā-
toꝝ iudicet: multoꝝ exēplis demonstrat. Nullū em̄ peccā-
toꝝ adeo parū est: p̄ quo nō sit pena deputāda ḡui? si in hac
 D ij

Mors timenda
nō

Quid malum
quod timenda

vis meditationis
mortis

psalms 1

20m cap 7

de districto iudicio
examinis

vis quatuor
monitionum

iudicium
penitentia

3. 4
5. 8

Mortis
quod timenda
est

Exempla

37
vita p penitentia non fuerit expurgati. Quid de sanctis
dei legitur seuerino colonienſi archiepiſcopo. et pascasio
romane ecclesie diacono sedulo cogitemus: q̄ ambo mi-
raculis choruscantes. post mortē in penis purgatorij visi
sunt: alter q̄ reipublice negocijs occupatus negligentius
aliquādo p̄soluisset horas canonicas: alter q̄ in electione
symachi pape ab aliorū voluntate (quāuis bono zelo)
dissentisset. Quid nos miseri facturi sumus: si purgatorij
penas viri sanctissimi et miraculis clari euadere non po-
tuerūt? Quid inquā faciemus nos iniusti: si in penis pur-
gatorij post mortē cruciantur sancti? Quēadmodū eua-
dere penas impius poterit: si sanctus nō potuit? Timea-
mus ergo fratres: timendo caueamus: ne p negligentia
spicidamus. Agamus penitentia omni tempore: quia in
hac vita solū penitentia fructuosa est: quando possumus
non solū penas euadere: sed et gloria promereri.

Penitentia
ultima agenda

**Q̄d mortis et iudicij considera-
tione mūdus. caro. et omnes volupta-
tes huius vite contemnende sunt.**

Cap. 1.

Dmonet nos diuina scriptura dicēs. In om̄i-
bus memento nouissimorū tuorū. Et ad gen-
tem peccatricem moyses ait. Sens absq̄ cōsu-
lio est et sine prudentia: vtiā saperent et intel-
ligerent: ac nouissima prouiderent. Que nouissima? Illa
videlicet que vitā sequitur p̄sentem. Que sunt illa? Judi-
ciū et mors. Enūvero q̄ utilis sit homini memoria mor-
tis: vir sapiens denūciat dicens. Fili memorare nouiss-
ma tua: et in eternū non peccabis. Ecce mors properat:
districtū dei iudiciū a propinquat. Quousq̄ igitur mi-
ser dissimulas? Quousq̄ dormitas? Quādiu penitentia
differes? Quere diu in hoc mūdo non poteris: ad iudi-
ciū dei cito raperis: vbi tristem pro vite negligentia es
recepturus sententiā. Nunc igitur dum viuus et sanus es
age penitentia: emenda in melius vitam: expurga consci-
entiā. Quodcūq̄ potest manus tua facere bonū instan-

ter operare: quia nec opus nec ratio. nec sapientia nec
sciencia erunt apud inferos: quo tu properas. Nunc tem-
pus penitentie est: nunc dies laboris: in quibus peccata
possumus p[er] sancta exercitia redimere: et pro paruis ope-
ribus celeste regnū obtinere. **D**undus transit. et concu-
piscencia eius: moriuntur homines: et tanq[ua]m non fuerint
a memoria nostra rapiuntur. Quid in auro confidis odi-
ues: Quid de potentia gloriaris: Quare te breui mortu-
rum non cogitas: Pone supercilium: vanā confidentiam
proijce: mors honores non metuit: diuitias nō attendit:
etatem non discernit. Una est omnibus: nemini parcat:
neminē reuertetur. **S**icut seruus ita et dñs: agricolę prin-
cipem comparat: scepra ligonibus equat. Iudiciū omni-
bus equū prestat: iustā profert sententiā: nullus accipit
personā. Voluntatē hoīs non requirit: necessitatē omni-
bus indicat. Utrū ad moriendū paratus sit homo nec ne.
nō ponderat: rapere illū pro quo venerit festinat: verba
promittentis quantūlibet magna non considerat. **O**mnibus
diebus quibus homo viuit sup[er] terrā ad mortē pro-
perat: et quasi clausis oculis. cecus ad foueam festinat.
Nulla etas de morte segura est: nullū tempus tutum: lo-
cus nullus sub celo immunis. Etas hominem mortu-
rum nō excusat: tempus non liberat: locus nō p[re]seruat.
Lū ergo in omni etate loco et tempore morti simus ob-
noxij: eam cōtinue parati expectemus: que nos momen-
tis singulis obseruat. **D**ubius. incertus. et varius huma-
ne condicōnis interitus sedulo nos admonet: quatenus
de nostra morte solliciti: nusquā inaniter p[re]sumamus. **D**icit
enim scriptura. **B**eatus homo qui semp[er] est pavidus:
qui autē mentis est dure: corruet in malū. **E**minero qui
mortis aduentū metuit: ab omni negligentia quātū per-
mittit hūana fragilitas se custodit: paratus inueniri omni-
no cōcupiscit. **Q**uis est qui mortē salubriter timet: **Q**ui
timendo bene viuit. **M**ortem impij timent et metuunt:
sed timentes male viuūt. **N**ihil prodest metus: vbi nō est
profectus. **N**am diuites huius mūdi mortis imperium

38
m. d. h. g.
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Augustinus
de ciuitate dei

artu

1-2-3

longi hinc
m. d. h. g.

39
valde metunt: quoniam terrenis cupiditatibus implicati
discedere ab hoc seculo pertimescunt: qui prope qui extra mundum
nihil amauerunt. Qui male sibi conscius est: iudicis
aduentum expauescit. Enimvero qui male agit odit lucem:
metuens iudicij correptionem. Sed quod prodest? Ad mortem
nos urget necessitas: nec potest obsistere humana voluntas.
Post mortem instat iudicium: ubi testis accusabit conscientia:
iusticia iudicabit. Ergo dum vivimus in carne mortem prudenter
timeamus: timendo nos preparamus: quoniam euadere non possumus.
Agamus penitentiam de peccatis preteritis: cauereamus a futuris: et sic deinceps
studemus vivere: ut mori non timeamus. Bona conscientia semper
gaudium habet: qui prope que spem suam in adiutorio altissimi
collocat: cuius mandata humiliter obseruat. Sed longe a peccatoribus
salus: qui honores terrenos ambiunt: qui auariciam colunt:
qui voluptates carnis omni tempore querunt. Merito hi tales mortem
timent: qui bone conscientie testimonium non habent. Nam sicut
mors bonis est introitus de paupertate ad regnum: ita reprobis
aditus est ad infernum. Beatus homo qui interea semper est
pavidus: qui vanitates mundi non diligit: qui perituras diuitias
spernit: qui carnis desideria fugit: qui precepta dei humiliter
de notione custodit. Qui talis est mortem expectat securus:
de sola dei gratia fiduciam habens. Nemo enim sanctus
vitiis suis: sed deus omnia operatur in omnibus: qui sua
clementiam vitam nobis concedat eternam.

Impressum in nobili ciuitate Moguntina per
Petrum Friedbergensem Anno virginis partus
Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.


Bona conscientia


1. Bho 4


3. 2


2


1. 2
3
4














TRIE
DE
SACERDO
TIO
DE
S. ANNE
I. V. D.
DE

TRIE
A. S. S. C. P.
DE
MISERIA
V. H. M.
DE
VINDICATIO
NAST.

J. X.